te ꝙ Plato de ideis loquẽs in Parmenide,asserut ideas esse vniuersalia ac species pręter singularia fm essentiam separatas. In Simposio vo ꝛ in Timęo,ideas asserit esse notiones in mẽte Dei cõstitutas,quę nihil aliud sunt,nisi ipse Deus multipliciter res cõcipiens,quas producturus est,Propterea inquit. Species quidẽꝫ igitur esse,extra multa,vt in Parme. Aut vnũꝫ aliquid pręter multa,vt Deum,Sicut in Timęo ꝛ in Simposio,non necesse est esse,si demonstratio est. Et si vsus est disiunctione,ꝓpter Platonis varietatem de ideis. Unde horum verborum intellectus est(vt Philoponus inquit) ꝙ non necesse sit in pręcidictis de demonstratione sermonibus simul introduci ideas. Nam si dicimus oportere esse vniuersale in demonstrationibus,nõ tamẽ dicimus esse tale ipsum,vt dicimus speciem fere esse multoꝝ animalium. Deinde exponit quid dicere oporteat eum,qui demonstrationem asserit,ꝛ inquit. Esse tamen vnum de multis,verũꝫ dicere necesse est,quasi dicat,si demõstratio est,ideas necesse est non esse,vnum tamen de multis necesse est. Quoniãꝫ,si(vt diximus)necesse est in demõstrationibus vniuersale assumi,vniuersale autem omni subiecto inest,quoniãꝫ ꝛ semper,ꝛ primo,ꝛ per se,necesse est his,quibus demonstratio inest,esse vnum quid de multis inexistẽs. Hoc eñi nõ existe,nec demr̃atio erit. Et hoc inquit. Si vo vl̃e nõ sit,mediũ non erit,q̃re nec demõstratio erit. Declarat̃ p̃ma ꝯñia(vt Philoponus inquit)hoc pacto,nã si vl̃e non sit,maior extremitas nec p̃mo,nec fm ꝙ ipsum,inest medio,ꝛ sic mediũ nõ erit ꝓprie mediũ,Sed indigebit adhuc altero medio termio,cui primũ inest maior. Ex hoc sequit̃ secũda ꝯsequentia.vꝫ.ꝙ nec demõstratio erit. Quoniã demõstratio ꝑ immediatas ꝓpões est. Quare si nõ est medius terminus ꝓprie medius,neq̃ꝫ ꝓpositio erit imediata.hac autem nõ existẽte,neq̃ꝫ demõstratio erit. Ex his ꝯcludit intẽtũ de vniuersali,ꝛ inq̃t. Opꝫ itaq̃ꝫ aliqd vnum ꝛ idẽ de pluribus esse.s.vl̃e,non qdem fm essentiam separatũꝫ,si demõstratio est,nõ ęquiuocũ,Sꝫ vniuocum his oibus,de quibus pręedicatur. Recte autem(vt Philoponus inq̃t) Additum est verbum illud,non ęquiuocum. Etenĩꝫ cancer nomen vnum de pluribus dicitur,sed ęquiuoce,Utputa de stella,ꝛ de animali,ꝛ de instrumento. Et canis ẽt pari modo,ꝛ de stella,ꝛ de animali,tum terrestri,tũ marino,ꝛ de quibusdam Philosophis sectę Diogenis. Ęquiuocis autem,nec dialectica ipsa indeterminate vtetur,
Dubitões et prima. nec demõstratiua. ¶ Sꝫ circa hęc,quę diximus,emergunt dubitationes non paruę. Prima quidem,quia videtur ꝙ Axioma non sit per se necessarium,quoniã habet causam. Nam (vt Plato inquit)nihil est ante quod non pręcessit legitima causa. Et ita ante Axioma pręcessit causa,Quare per se non est necessaria. Pręterea. Si Axioma sit per se necessarium,idem erit sui ipsius causa. Deinde argumentor ꝙ Axioma per se euidens non sit,quoniam esset semper euidens,ꝛ sic semper intelle-
Sol. Iuniorũ ctui perspicua,quod est contra experientiam. ¶ Iuniores dixerunt ꝙ Axioma sit per se necessarium,ꝛ per se euidens,quoniam sit ex transcendentib⁹,quibus nec est causa prior,nec est aliquid notius. Transcendentia eñ sunt ꝛ prima,ꝛ primo cognita. ¶ Quod non placet. Nã
Reiectio hęc propositio ens est vnum,ꝛ hęc ens est res,eẽt Axioma,quod Aristo.non diceret. Pręterea Aristoteles dicit hanc propositionem,si ab ęqualibus ęqualia demas,

esse

Proba so lo Aliqd eē p se tale bifariā esse axioma, que tñ ex transcendentibus nō fit. ¶ Dicamus igit̃ aliquid esse p se tale bifariam ꝯtingere, aut priuatiue, hoc est non p aliud, aut positiue, qñ idez eēt sui ipsius causa. Et priuatiue, bifariam, aut simplr̃, aut fm qd. Axioma ergo est per se necessarium, qm̃ caret causa sue necessitatis, non qdem simplr̃. Sed exteriori. Habet enī terminos, quoꝝ habitudine sortitur necessitatē. Est ergo axioma per se necessariuz, hoc est non externa causa, sed terminorum habitudine. Est etiam per se euidēs, qm̃ caret propositione priori, ex qua euidens fiat. etiam caret medio, quo demonstretur. Ex his sequit̃, ꝙ non semper euidens sit. Est enim per se euidens, non qdem ꝙ sempꝛ

1ª dubitatio. patcat nobis. Sed qm̃ per nihil prius euidēs fit. ¶ Secundo querunt, Utrum sit differentia iter demonstrationem, ⁊ instantiaz. Et vĩ ꝙ non, qm̃ vtraqꝫ est ad verba,

Respon. ꝙ vtraqꝫ ad rationem. ¶ Dicerem esse dr̃iaz, quatenus demonstratio est per se ad rationem, per accidēs ṽo ad orationez, vt rationi subordinatur. Instare ṽo per se est ad verba, per accidens autem, ad ratiōnē, vt per verba

3ª dubitatio. ipsa significat̃. ¶ Tertio, videt̃ iter ea, quę Arist. dixit, ꝯtradictio. Nam Aristoteles in ṗncipio libri voluit suppositionem esse principium, ṗncipiuz aūt propositionē

Respon. imediatam, at hic vult illam esse demonstrabilē. ¶ Aristo. respondet, ꝙ suppositio sit indemonstrabilis, nō simpliciter, sed ad illū. Hinc fit, vt duplex sit suppositio, simpliciter, ⁊ in genere. Simplr̃ qdem, est imediata ꝓpositio simpliciter. In genere ṽo, est imediata in genere.

Suppositio duplex est.

¶ Nulla aūt demonstratio sumit fieri nō posse vt simul idē affirmet̃ atqꝫ negetur, nisi fuerit opus, vt hoc etiā pacto ꝯclusio demōstretur. Quod qdem fuerit, si sumpserimus affirmare qdem pꝛimū de medio esse verum, negare autem verum nō esse.

Tex. 26. ¶ Non contingere autem. Idem simul affirmare, ⁊ negare nulla accipit demonstratio, nisi opus sit dm̃onstrare ꝯclusionē sic. Ostēditur aūt accipientibus primuz de medio ꝙ veꝝ, negare autem non verum.

Aial ⁊ nō, nō aial — Homo — Callias
A — B — C

Cōmē. 111m Continuatio ¶ Cum dixisset, quę dr̃ia sit inter omnia ṗncipia demonstratiua. Hic docet quō demonstratio vtatur axiomate contradictionis. Et pꝛimo hoc ostendit in recta demōstratione, deide in demonstratione ducente ad impossibile.

Axioma 2m. ¶ Uerū animaduerte ꝙ axioma duplex est, alteꝝ contradictionis, ⁊ hoc (vt Philopon⁹ inquit) est, qđ diuidit veꝝ ⁊ falsum in oībus entibus. Alterum est axioma simplex, vt q̃ sunt ęqualia vni tertio, sunt ęqualia iter se. Docet ergo Aristo. quō axioma contradictionis ponatur in demonstratione. Nam cum sit ṗncipium demonstrationis, vĩ ꝙ debeant ex eo constare demonstrationes. Propterea cogitur ostēdere, quo modo possit poni in demōstratione. De illo ṗncipio simplici nō est dubitatio, quoniam recta ostsione ingreditur demonstrationē hoc mō, quę eidem ęqualia, ⁊ iter se sunt ęq̃lia / A / ⁊ / B / ipsi / C / sūt ęq̃lia. Igit̃ / A / ⁊ / B / inter se sunt ęqualia. Ergo dubitatio erit solum de axiomate cōtradictionis. ¶ Aristoteles ḡ

ridens duo dicit. Primū ꝙ dm̄ōstratio tūc accipit axioma ꝯtradictionis. qñ conclusio accipit illud. Secunduz ꝙ tale principiū in maiori termino accipiendū est, ⁊ nō ad medium, nec ad tertium. Unde inqt. ¶ Non ꝯtingere aūt, idē sil̃ affirmare, ⁊ negare, qđ est axioma ꝯdictionis, nulla accipit demonstratio, nisi opus sit demonstrare ꝯnem sic, hoc est cum axiomate ꝯdictionis. Hoc est pꝛimū, deide exponit scdm, ⁊ inquit. Ostēditur aūt accipientibus pꝛᵐ de medio, ꝙ veꝝ, negare aūt non veꝝ. Hoc est scdm. Et sic vult ꝙ demonstratio tūc accipiat axioma ꝯdictionis, cum ꝯclusio accipit illud. Amplius ꝙ debeat addi ad maiorē ꝓpositionem, ⁊ ad illius ṗdicatuz. Hęc sunt q̃ ꝓposuit. Dixit aūt, cum primū de medio est veꝝ, negare aūt, nō veꝝ. Qm̃ (vt Philoponus exponit) de quibusdaz fm qd affirmatio ⁊ negatio vera est, vt de aīa immortale, ⁊ nō imortale vera sunt, saltē fm qd. Anima. n. substātia imortalis est, opationibus non imortalis, vt de elementis, ingenerabilia, ⁊ nō ingenerabilia. Qm̃ fm totalitatem quidez ingenerabilia sunt. Secundū ptes ṽo, non ingenerabilia. Ut ď cęlo, moueri, ⁊ non moueri. Nō enī fm totum mouet̃. Mouetur autez fm partes. Ergo tunc demonstratio accipit axioma ꝯdictionis, cum simpliciter affirmare est veꝝ, negare autem non veꝝ de medio ipso. Hęc sunt, q̃ Aristoteles intelligit.

¶ Nihil aūt refert medium esse atqꝫ non esse sumere, ⁊ tertium pari modo. Nam si datū est id de quo hominē dicere veꝝ est, dabitur ⁊ id ei quo non hominem dicere veruz est. Sed si tm̃ hoc totum sumat̃, hominem inqꝫ animal, non autē non animal esse. Erit etiam verum Calliam dicere ⁊ non Calliam animal, non autem non animal.

¶ Medium autem, nihil differt esse ⁊ non esse accipere, similr̃ autem ⁊ tertium. Si eniz assignetur de aliquo homine, verum est dicere, ⁊ si non hominem, verum, nisi solum homo animal sit, non animal aūt, nō. Erit enim verum dicere Calliam siue non Calliam, similiter animal, non animal autez, non.

Aial ⁊ non, non Animal. — Hō ⁊ quod est non homo. — Callias.
A — B — C

Aial ⁊ nō, nō Animal. — Hō ⁊ qđ ē nō Hō. — Callias, ⁊ quod est non Callias.
A — B — C

Cōmē. 112m ¶ Quęret quispiam. Utrum ꝯdictio possit addi ad medium. Dictum est. n. ꝙ addit̃ ad maiorē. Ideo quęritur vtrum possit addi ad mediuz. Et vĩ ꝙ sic, qm̃ hic est bonus syllogism⁹. Omnis hō, ⁊ qđ non est hō, est aial, ⁊ nō, non aial. Callias est hō, ⁊ non, nō hō. Ergo Callias ē animal, ⁊ nō, nō aial. ¶ Iterū q̃ritur, vtrum possit addi ad

minorē, ⁊ videť ꝙ sic. Hec.n.est bonus syllogismus. Ois homo, ⁊ quod non est hō, est animal, ⁊ non, non aial. Callias, ⁊ non Callias est homo, ⁊ non, nō homo. Ergo Callias, ⁊ non Callias est aial, ⁊ non, nō animal. ¶ Respondet Aristo. ad hec, ⁊ p̄mo ad p̄mū, ꝙ lꝫ ad mediū possit addi, tn̄ non est necessarium addi, qm̄ cum illa additione, ⁊ sine illa semꝑ ꝯclusio sequiť, vt prius, videlꝫ ꝙ Callias sit animal, ⁊ non, non animal. ¶ Ad scḋm itex̄ cōcedit ꝙ ad minorem addi possit ꝯdictio, sed ad concludendum ꝯclusionem p̄dictam nulla videť necessitas. Qm̄ tam cū illa additione, q̄ȝ sine, semꝑ sequitur ꝙ Callias sit aial, ⁊ nō, non aial. Nā si sequitur ꝙ Callias, ⁊ qḋ nō ē Callias sit aial, ⁊ nō, nō aial. Sequitur ꝙ Callias sit aial, ⁊ nō, nō aial. Unde inqt. ¶ Medium aūt nihil differt esse, ⁊ nō esse accipe q̄ȝtum ad illā ꝯnem. Qm̄ tam cū illa additione, q̄ȝ sine, sequitur ꝙ Callias sit aial, ⁊ non, nō aial, hec ad p̄mā dubitationē. Deinde soluit secūdā, ⁊ inqt. Siliter aūt ⁊ tertiū subaudi nihil differt eē, ⁊ nō esse sumere quo ad ꝯnem iferendā (vt Alexāder exposuit) exponit p̄mas solū, ⁊ inqt. Nam si ꝯdictio accipiť de aliquo hoīꝫ, hoc est si ꝯdictio addať ad mediū. Uex̄ est dicere. vꝫ ꝙ Callias sit aial, ⁊ nō, non aial. Et si nō hoiem assignet ita vt sine ꝯdictiōe sumať mediū, et vex̄ est ꝙ Callias sit aial, ⁊ nō, nō aial. Quare siue addať siue nō addať ad mediū ꝯdictio, nihil refert ad ꝯnē. Nisi (vt inqt). Solū hō aial sit, non aial aūt nō. Tunc.n.qr termini ꝯuertunť, nō pōt p̄dicatū de medio p̄dicari cū ꝯdictione, vt dato ꝙ nihil sit aial, nisi hō, hec erit falsa ois hō, ⁊ non hō est aial, qa tn̄ hō est aial. Deinde exponit solōnē secundā, ⁊ lege sic. Similiter aūt ⁊ tertiū nō differt eē, ⁊ nō esse sumere, q̄ȝtuꝫ ad ꝯnem syllogismi, vt exponit Alexāder. Qm̄ erit vex̄ dicere Calliā, siue nō Calliā esse aial, non aial aūt, nō. Et si sic, tunc vex̄ erit dicere Calliā esse aial, ⁊ nō, non aial. Si.n.Callias ⁊ non Callias est aial, ⁊ nō, non aial. Ergo Callias est aial, ⁊ nō, non aial. Quare (vt Alexāder inqt) frustra additur hec ꝯdictio ad tertiū terminuꝫ.

¶ Causa autem est, quia primū non soluꝫ de medio, sed etiaꝫ de alio dicitur, propterea ꝙ ad plura sese extēdit. Quare nihil ad ꝯclusionem refert, ⁊ si medium ⁊ ipsum est.

¶ Causa autem, qm̄ primū non solum de medio dī, ꝫ etiam de alio. Propter id quod est in pluribus. Quare si medium ⁊ ipsum est, ⁊ non ipsum, ad ꝯclusionem nihil differt.

Cōmen. 113. ¶ Cū accepisset, ꝙ addere ꝯdictionē ad mediū, nihil referat ad syllogismū iferentē dictam ꝯclusionē. Hic assignat cām, ⁊ inqt. ¶ Causa aūt subaudi cuꝫ additio ꝯtradictionis ad mediuꝫ nihil refert, est. Qm̄ p̄mū non solū de medio diciť, sed etiā de alio a medio. Propter id qḋ p̄mū est in pluribus, q̄ȝ sit mediuꝫ, ⁊ ideo aial diciť, tam de homine, q̄ȝ de nō homine. Quare, vt inquit. Si medium, ⁊ ipm est, ⁊ non ipm, hoc est, q̄re si mediū sumatur cum ꝯdictione, ad ꝯclusionē syllogismi nihil differt, qm̄ etiaꝫ sine illa sequitur ꝙ Callias sit aial, ⁊ nō, nō aial. Hec eadeꝫ causa esse pōt, ꝙ nec ad minorē addi debeat. ¶ Ex his pꝫ, ꝙ in demonstratione recta axioma ꝯdictiōis addi pōt, qm̄ ꝯclusio accipitur cum illo. Non tn̄ in omni ꝓpositione, sed solū in maiori ꝓpositiōe, ⁊ ex parte p̄dicati, vt exposuerūt Alexander, ⁊ Philoponus.

Dubium 2m ¶ Querūt, vex̄ semꝑ p̄dicato maioris debeat addi ꝯdictio.

Rn. Egidii. ¶ Egidius asserit ꝙ solū tūc ꝯdictio dꝫ addi predicato maioris, cum p̄mū sit in plus q̄ȝ mediuꝫ, ⁊ medium in plus q̄ȝ tertium.

Iuniores ꝯ Egidium. ¶ Iuniores ꝯ obijciunt. Primo qm̄ posito ꝙ Callias sit omne aial, tunc antecedens est vex̄, ⁊ ꝯñs falsuꝫ. Secundo, qm̄ dato ꝙ tn̄ Callias sit animal. Adhuc animal esset qd cōius Callia, veluti cōmunius est instans, q̄ȝ hoc instās, ⁊ fenix q̄ȝ hec fenix.

Solo ꝓpō cū Egidio ⁊c. ¶ Sed nos dicimus cū Alexandro, Philopono, ⁊ Egidio, ꝙ tūc ꝯdictio p̄dicato maioris addenda est, cum p̄muꝫ, mediū, ⁊ tertiū nō fuerint ꝯuertibilia. Medio.n. frustra adderetur, qm̄ nec mediū, nec aliqd, qḋ cum medio se tenet, ꝯclusioneꝫ igreditur. Iterum tertio frustra additur, qm̄ cum sit in minus q̄ȝ p̄mū. Primū d ipso p̄dicabiť tam absolute, q̄ȝ cum ꝯdictiōe ipsi tertio addita. Quare solū p̄dicato maioris, quod est p̄mum, vl'iter addēda est.

Ad argumēta Iuniorum. ¶ Que ꝟo Iuniores obiciūt, nō cogūt, qm̄ si Callias sit omne aial, termini nō essent subordiati. Preterea dato ꝙ Callias sit tn̄ animal, ratiōe animal esset cōmunius, nō autem re, quinimo re cōuerterenť.

Dubiuꝫ 2m. ¶ Secūdo dubitāt, qr frustra vr̄ axioma ꝯtradictiōis debere addi in aliqua demonstratione, qm̄ si habeť ꝙ Callias sit animal, habebiť, ꝙ Callias sit animal, ⁊ nō, nō animal.

Solutio. ¶ Dicēduꝫ tales demonstratiōes inuētas esse ꝓꝑ veteruꝫ ignorātiam, q ꝯdictoria ꝯcedebāt. Plures enim vetex̄ asserebāt mūdum esse finitum, ⁊ nō finitū. Propterea ꝯtra hos argumētamur. De nullo corpe sil finitudo pōt affirmari, ⁊ negari. Mūdus est corpꝰ. Igiť est finitꝰ, ⁊ nō, nō finitꝰ. Que igiť fuerit necessaria talium demōstrationū, ex hisce patet.

¶ Hoc autem omne inquā affirmandum aut negandum esse ea demonstratio sumit, qua deducitur ad id quod fieri nequit, nec tn̄ semper vniuersaliter, ꝫ quod satis est generi, circa qḋ genus demonstrationes afferuntur, sicut ⁊ prius est dictum.

Aliā litera. ¶ Omne autem affirmare, aut negare, demōstratio, que est ad ipossibile accipit. Et hec non semper vniuersaliter, sed q̄ȝtum sufficiens est. Sufficiēs aūt est in genere. Dico autem in genere. Ut circa quod genus demonstrationes fert, sicut dictum est prius.

Cōmen. 114. ¶ Cum dixisset quo pacto in recta demonstratione, atq; ostensiua vtimur axiomate ꝯdictionis, ⁊ qn̄. Nunc dicit ꝙ etiā in demonstratione ducente ad ipossibile vtimur illo. Et hoc ꝓponit, ⁊ inqt. ¶ Omne aūt affirmare, aut negare, demonstratio, q est ad ipossibile accipit.

Verbox expō ¶ Quo ꝟo ad verba attinet. Uerbū illud aūt nō aduersatiue, ꝫ ꝯiūctiue teneť. Pro preterea, q̄si dicat. Preterea demonstratio, q est ad ipossibile, sumit illud axioma, qḋ est oē, aut est affirmare, aut negare. Sed qūo illud sumat, nec Alexāder, nec Philoponꝰ exponit.

Demō ad ipossibile tres bꝫ ꝓcessus. ¶ Quare aiaduertēdū ꝙ demonstratio q ducit ad ipossibile, est tres ꝓcessus. Uerbi cā, sit demō hec. Oē natās est hō. Piscis ois



natur. Piscis ois est homo. Hic est primus processus, et syllogisticus. Secundus vero, hoc pacto. Conclusio hec, videlicet omnis piscis est homo, est impossibilis, et non per suam naturam. Ergo propter propositiones non propter minorem, sed propter maiorem. Ergo maior est impossibilis. Hic est secundus processus. Tertius vero erit, maior est falsa. Igitur sua contradictoria est vera, quia duorum contradictoriorum si unum est verum, alterum est falsum. Ecce quo modo demonstratio hec sumit Axioma contradictionis in tertio processu. ¶ Utrum vero demonstratio ducens ad impossibile sit duo syllogismi, an tres, in secundo priorum visum est.

Cap. xi. Et cum dixisset, quod demonstratio ad impossibile axioma contradictionis accipiat, exponit quo ipsum accipiat, et inquit. Et hec .s. demonstratio, que ducit ad impossibile, non universaliter, hoc est secundum transcendentiam accipit. Sed quatenus sufficiens

Duplex sufficiens. est, quia vero duplex est sufficiens, simpliciter, et in genere. Exponit quo modo sufficiens, et inquit. Sufficiens autem in ge-

Genus duplex. nere, non autem simpliciter. Et quia genus duplex est, videlicet genus scientie, et genus predicamenti, exponit quo modo in genere, et inquit. Dico autem in genere, ut circa quod genus demonstraret demonstrationes fert, quod est genus scientie. Utputa, geometra quidem (ut Philoponus exponit) in magnitudinibus. Arithmeticus autem, in numeris, et reliqui etiam in propriis subiectis. Solus autem primus Philosophus, et dialecticus uti possunt ipso, et ut communi, et ut di-

Dubitatio neotericorum. scurrente per omnia entia, et non entia. ¶ Dubitant neoterici, quia demonstrato animali in communi, hec est vera. Animal est homo, et illa similiter animal est non homo.

Respon. ¶ Ad hoc respondent quod duo contradictoria possunt esse vera simul de eodem genere, vel specie. Non tamen de eodem

Confutatio. numero. ¶ Sed pace horum dixerim, hec logicam non sapiunt. Primo quia he non sunt contradictorie. Animal est homo. Animal est non homo. quia utraque est affirmati-

Ex p. prio. va, ut patet primo priorum, et secundo de interpretatione. Pri-

Ex 2. herme. ma quidem de predicato finito. Secunda vero, de predicato infinito. Secundo etiam, quia nec he sunt contradictorie. Animal est homo, Animal non est homo. Utraque est inde-

Dupcia rn. finita. ¶ Dicamus ergo quod propositiones contradictorie numquam possunt esse simul vere, nec simul false. Sed semper necessario, si altera sit vera, altera est falsa. Quoniam (ut Philoponus inquit) ens, et non ens dividunt quodlibet. Argumentum vero, quod adducebatur ad oppositum, supponit falsum, ut intelligenti patet.

¶ Conveniunt autem inter sese scientie omnes in hisce que communia sunt, non in hisce de quibus demonstrant, nec in his etiam que demonstrant. Communia autem ea dico quibus sic utuntur ut ex ipsis demonstrant.

Tex. 27. ¶ Communicant autem omnes scientie adinvicem secundum communia. Communia autem dico, quibus utuntur tanquam ex eis demonstrantes. Non autem de quibus demonstrant, neque quod demonstrant.

Comen. 115. Commentatio. ¶ Cum dixisset, quod axiomatum alia quidem communissima sunt, que in omni scientia quadrant. Alia vero, que quadrant in pluribus. Alia autem, que quadrant in una. Nunc dicit, quod secundum communissima axiomata omnes scientie communicant. Nam secundum ea que dantur, hoc est secundum concessa, et secundum ea, que queruntur nulla scientia communicat cum altera, nisi essent subalterne (ut Philoponus exponit) Unde inquit. ¶ Communicant autem omnes scientie adinvicem secundum communia, hoc est secundum communissima axiomata. Utputa, in illo non contingit idem simul affirmare, et negare. Et hoc exponit, et inquit. Communia autem dico quibus utuntur tanquam ex eis demonstrantes, hoc est communia dico axiomata contradictionis, ex quibus constant demonstrationes, et ostensive, et ducentes ad impossibile secundum modum prius expositum. Non autem communicant his, de quibus demonstrant, hoc est in his, que dantur atque conceduntur. Neque communicant in eo, quod demonstrant, hoc est in ipso quesito. Nam (ut Philoponus inquit) tria sunt in omni demonstratione, propositiones, et concessa, et quesita, et propositiones triplices sunt communissime, que omnibus scientiis quadrant, que pluribus, et que uni solum. Omnes ergo scientie communicant in propositionibus, non quidem omnibus, sed communissimis. Differunt autem in concessis, et quesitis, quatenus hec non possunt esse nisi propria, et in diversis scientiis diversa. Nisi (ut Philoponus inquit) scientie essent subalterne. Nam in talibus subiecta subalterna sunt etc. In omni demonstratione tria sunt. propositio, concessum et quesitum.

¶ Differendi quoque facultas cum omnibus convenit, et si qua universaliter ipsa communia ostendere nitatur, velut omne quodvis affirmetur aut negetur oportet, vel ab equalibus, demptis equalibus equalia sunt ea que restant, vel talium aliqua. Atque ipsa differendi facultas non est sic diffinitorum quorundam, neque generis cuiusdam. Non enim interrogaret. Demonstranti namque non licet interrogare, propterea quod ex oppositis non ostenditur idem. Hoc autem demonstrandum est in hisce que de ratiocinatione sunt pertractata.

¶ Et dialectica quidem de omnibus, et si aliqua universaliter tentet demonstrare communia, ut quod est affirmare omne, aut negare, aut quod est equalia ab equalibus demere, aut talium quedam. Verum dialectica non est definitorum sic quorundam, neque generis alicuius unius. Non enim interrogaret. Demonstrantem enim non est interrogare, propter id quod oppositorum esse non demonstrat idem. Ostensum est autem hoc in his, que de syllogismo. Alia edit.

Comen. 116. ¶ Cum dixisset quod omnes scientie utuntur communibus quamvis ante omnia, et dialectica, et prima Philosophia, nunc discernit dialecticam, et ab aliis omnibus, et a prima Philosophia. Ab aliis quidem omnibus, quia unaqueque aliarum circa unum aliquod genus versatur. Hec autem circa omnia, et de omnibus est. A prima vero Philosophia differt sicut a ceteris scientiis. Quia dialectica quidem interrogat condisputantem, ut ex datis ab ipso syllogizet suum propositum. Scientie vero alie atque ipsa metaphysica, cum demonstrant, non interrogant, quia demonstrant ex necessariis, et ex his, que per se, et secundum quod ipsum, ut dictum est. Hoc autem secundo priorum analyticorum ostensum est. Unde inquit. ¶ Et dialectica quidem est de omnibus entibus, et si aliqua universaliter tentet demonstrare communia, est de omnibus. Hoc est et dialectica et metaphysica sunt de omnibus. et dixit. Et si aliqua universaliter tentet demonstrare communia, quia (ut Philoponus exponit) metaphysica tentat demonstrare illud axioma, omne aut est affirmare, aut negare. Et illud, equalia ab equalibus demere, et quedam alia id genus, ut patet quarto metaphy. contra eos, qui negant comprehensibilitatem, et dicunt nihil sciri. Te. com 3. t. 9. ¶ Quo vero modo metaphysicus, et dialecticus hec axiomata probent, Philoponus exponit, et quarto metaph. patet. Et hoc Arist. subscribit, et inquit. Et si aliqua

alia tentet demonstrare cōmunia.s. Axiomata, vt illud, videlicet, omne est affirmare, aut negare, aut illud, equalia ab equalibus demere, aut talium quędam de quibus quęrito metaphy. Quęlibet.n. talis cōis scia est de oibus entibus. ¶ Et per hęc p3 quō dialectica differat a scientijs cęteris, et quō cum metaphysica cōueniat. Deinde simul exponit quō differat a metaphysica, et ab alijs scientijs, et

p° pos.ca.p° supponit, q dialectica iterrogat, vt libro de syllogismo dictū est, tūc assignās dīam, inquit. Uerum dialectica nō est definitorū sic quorundā, neq3 generis alicuius vnius. Ut enī Themisti° dicit. Dialectica gen° certū non h3, in quo versetur, non lineas, non numeros, nō proportiones. Et assignat causam, quia si genus certum hēret, non interrogaret. Si.n. dialectica certum genus haberet, vtereē his, q per se isunt, quęq3 ab oibus conceduntur. Bene ergo dictū est, q dialectica certum genus non h3, et per hoc differt a cęteris scientijs, et q2 supposuit q dialectica non sit certi generis, et hoc probauit, q2 aliter nō iterrogaret, probat hoc qd dixit, et inquit. Demonstrantē.n. non est iterrogare, h est. Dialectica nō est certi generis, q2 demonstraret, vteretur.n. his, quę sunt p se. Et si demonstraret, nō iterrogaret. Demonstrantē.n. non est iterrogare, propter id qd nō demonstrat idem esse oppositorū. Nam (vt Themisti° inqt). Impossibile est de codē pbari ɔtria, cum demonstratio non fit nisi ex his, quę per se insunt, q non pñt demonstrare ɔtraria. Sed quia hęc satis abunde exposita sunt in libro de syllogismo, ideo inqt. Ostensum est aūt hoc in his, quę de syllogismo. Ex quibus latēter innuit differentiā dialecticę a metaphysica. Quia dialectica iterrogat. Metaphysica non, cum metaphysica syllogizet ex his, quę sunt p se. Dialectica ex his quę videntur rñdenti,

Verbo: expō vt ex probabilibus. ¶ Quo vero ad verba attinet. Philopon° animaduertit verbum illud.n. cum inqt. Demōstrantem.n. non est et reliqua, et vult q nō referatur ad proxime dicta, sed ad vnū quod debuit subaudiri hoc pacto. Uerum dialectica nō est definitorū sic quorūdam, neq3 generis alicuius vnius, sicut subaudi sunt sciētię cęterę particulares. Et q cęterę particulares scientię sint definitorum quorūdam, et vnius cuiusdā generis, assignat causam, et inquit. Demonstrantē.n. non est iterrogare, propter id qd oppositorū esse nō dmonstrat idem. Ergo sciētię particulares sunt definitorū quorundā, et vnius certi generis, ecce quō verbum enim reddit causam eius, quod subintelligitur.

Alia verbo: expositio. ¶ Aliter aūt exponi pōt, vt fuit per nos expositū. Sed non curo. ¶ Alij autem itelligunt sic. Uerum dialectica non est definitorū sic quorūdam, et hoc quo ad accidētia, quę quęruntur, neq3 generis alicuius vnius. Et hoc, quo ad datum, seu ɔcessum. Et assignat cām, et inquit. Non enim iterrogaret. Scientia.n. quę versatur circa propria quęsita, et de certo subiecto, nō interrogat, quia agit ex his, q per se sunt. Hęc de dīia ab alijs sciētijs, de dīa vero a metaphysica, ita inqt. Demonstrantē vero, hoc est metaphysicum aūt, non est iterrogare, propter id quod nō demōstrat idē esse oppositorū. Et sic habetur differentia dialecticę a metaphysica. Uerū isti in eorū libris habent, Autē, et nō enī. Et propterea legunt aduersatiue. ¶ Sed quęrunt neoterici.

Dubitatio Utrum dialectica sit certi generis. Et vī q sic, q2 est de syllogismo, et de his, q illi isunt per se. Modo syllogism° est res aīastica, cū sit tertia opatio aīę, q est discursus. Ergo dialectica est certi generis.

Rñ° Arabū ¶ Respōdēt Arabes (vt Auicē. Algazeles, et Alpharabi°) q dialectica, vt vtens, nullius certi generis est, vt docens, est de syllogismo, et d certo genere.

Obiectio. ¶ S3 dices, si dialectica vt vtens, eēt certi generis, et de certo genere. Tūc dialectica eēt particularis scia, et quęritur an naturalis, an mathematica, an metaphysica.

Solutio. ¶ Probabiliter dicerē q dialectica quaten° docet syllogismū, et quę d syllogismo quęruntur, est animastica, quia syllogismus est opatio animę de qua agitur tertio de anima. Et l3 sciētia hęc, q de syllogismo est, dicatur animastica, tñ s̄m vulgarem appellationē dialectica dicitur. Sed reuera animastica est. Hęc volui probabiliter esse dicta, quia veritas als dilucidabitur.

¶ Quod si eadem est interrogatio ratiocinatiua et propositio contradictionis, sunt autē in vnaquaq3 scientia propositiones ex quibus vniuscuiusq3 propria conficitur ratiocinatio, erunt porro quędam interrogationes ad singulas sciētias attinentes, ex quibus fit cuiusq3 propria ratiocinatio.

¶ Si autem idem est interrogatio syllogistica, et propositio contradictionis. Propositiones autem sunt s̄m vnamquamq3 scientiam, ex quibus est syllogismus s3 vnāquāq3. Erunt vtiq3 aliquę interrogationes sciētificę, ex quibus, qui est s̄m vnamquāq3 proprius, fit syllogismus.

Cōmen. xv. Philo. expō. ¶ Philoponus vult q Aristo. velit demonstrare hic, q non oēm iterrogationem iterrogabit vnaq̄q3 particularium scientiarū, sed solū quę interrogat proprię vnaquęq3 scia, vtputa geometra, geometrica, arithmeticus, arithmetica, neq3 q ad oēm iterrogationē respondere debeat sed solum ad quęcūq3 interrogantur in vnaquaq3 sciētia.

Them. ¶ Themistius autem (vt mihi videtur) vult q Aristoteles velit ostendere q quęlibet scientia particularis proprias habeat et interrogationes, et conclusiones, et responsiones, sed vnde ad hoc deuenerit. Themistius velle videtur Aristo. ad hoc deuenisse, vt persoluat an qui demonstrat, possit interrogare, et an interrogatio scientiam pariat: Nam proxime dixit q non, quia scientię particulares circa idē p opposita non versantur. Soluit itaq3 Aristo. (vt Themistius innuit) q interrogationes erunt proprię proprijs scientijs, et aliarum scientiarū alię. Et

Sylls. ex. syllogizat hoc modo. Propositiones contradictionis propriarum scientiarum sunt proprię, et aliarum scientiarū alię. Interrogationes syllogisticę sunt propositiones cōtradictionis. Ergo interrogationes syllogisticę sunt propriarū scientiarum proprię, et aliarum scientiarum alię. De syllogismo ponit Primo minorē, et inquit. ¶ Si autem idem est interrogatio syllogistica, et propositio contradictionis. Hęc est minor. Deinde accepit maiorem, et inquit. Propositiones aūt.s. ɔtradictionis sunt s̄m vnāquamq3 scientiā, ex quibus est syllogismus s̄m vnamquamq3. Hęc est maior. Ex his infert conclusionē, et inquit. Erunt vtiq3 aliquę interrogatiōes sciētificę, ex quibus fit syllogismus, qui est s̄m vnamquamq3 proprius. Hęc est conclusio.

Verbo: expō ¶ Sed quo ad verba attinet. Quęritur quid per interrogationem syllogisticam intelligit.

Dubitatiōes tex. et prima. ¶ Pręterea quid per interrogationem, an propositionē, an conclusionem.

Secunda. ¶ Et si propositionem, an propositionem

Tertia. pro vtraq3 parte probabilem, et sic nō erit sciētifica, sed dialectica. Aut propositionem alterius partis cōtradictionis, et sic interrogatio non erit propō hoc modo.

Alię dubitōes Prima ¶ Scdo dubitatur quia demonstratiua scientia nō vī iterrogare, quia enunciat, et non iterrogat.

Secunda. ¶ Pręterea iterrogatio vt sic nō est pars syllogismi, quia nulla propositio est pars syllogismi, q cōponitur ex nota iterrogationis.

Tertia. ¶ Insup nul-

sum dubium est pars demõstrationis. At iterrogatio p-
Solutiones. Ad p^m. positio dubia est. ℂ Ad has dubitationes p ordinem re-
spondendũ est, & ad primã Philoponus solonez innuit, & itelligit p syllogisticum idem qd dialecticum. Unde iter-
rogatio syllogistica & iterrogatio dialectica. Et tunc vba Aristo. legenda sunt cõparatiue hoc modo. Si at idẽ est iterrogatio dialectica, & ppositio ɔdictionis, ita subaudi idem est iterrogatio scientifica, & ppositio ɔdictiõis. Tũc reliqua legant (vt prius. Et cum q̃ritur, qd per iterroga-
Ad 2^m. tionẽ intelligat). ℂ Dicẽdũ, q iterrogare possim^9, aut in materia necessaria, aut in materia pbabili, aut in mã ipossibili, apparẽti tamen. Si iterrogatio est in mã ipossibili, apparenti tñ. Sic iterrogatio est sophistica. Si in materia necessaria, & p sic, vel interrogamus de ppõne, & sic est petitio, vel suppositio, vel de ɔclusiõe, & sic est qõ. At si iterrogamus in materia dialectica, vel de ppositione, & sic est ppõ dialectica, vel de ɔclusione, & sic est pblema. Simili rõne cũ iterrogamus in materia sophistica, atq3 apparẽti, aut interrogamus de ppositiõe, & sic est ppositio sophistica, vel de ɔclusiõe, & sic est sophisma. Secundũ tñ Philoponum Aristo. p iterrogationez, ppositionẽ intelligit, & non qõnem, quę erit ɔclusio. Et per ppositionem ɔdictionis itelligit ppositionez, quę est altera pars ɔdictiõis, quę vera est, & necessaria, vt Philoponus exponit. Et cum dĩ, q tunc nõ erit iterrogatio. ℂ Di-
Ad 3^m. cendũ q nõ erit iterrogatio ad ɔsensum rñdẽtis, captan-
Solones alia ad dubõnes. dam, sed vt sentiat discipulus, q̃ pręceptor dicit. ℂ Per
Ad p^m. idem ɔcedo q demonstratiua scia non iterrogat de consensu, vt ex illo syllogizet, sz ad assensuz, vt ex illo discat
Ad 2^m. discipulus. ℂ Pręterea p idem, ɔcedo q iterrogatio, q̃ est ppositio cõposita ex nota iterrogationis, nõ est pars syllogismi, sed p altera ɔdictionis parte sumpta est syllo-
Ad 3^m. gismi pars. ℂ Insup ɔcedo q nullũ dubium, qd pẽdet pbabilibus rationibus p vtraq3 parte probantibus est pars demonstrationis, sed dubiam, cuius dubietas pendet ex ignorãtia terminoꝝ, põt esse syllogismi & demonstrationis pars, hęc pro Aristo. defensione.

ℂ Patet ergo nõ oẽm iterrogationẽ geometricã esse, nec ad medendi artem oẽm accommodari, & pari modo de ceteris. Sed aut ea ex qb^9 aliqd oñdit, de qbus est ipsa geometria, aut ea q̃ ex eisdẽ ɔmonstrant, ex qb^9 geometria demonstrat, q̃lia sũt pspectiua. Idez est & in cęteris intelligendum.

ℂ Manifestuz itaq3 q nõ omnis iterrogatio geometrica erit, neq3 medicinalis, siſr aũt & in alijs. Sed ex qbus aut demonstrat aliqd, de quibus geometria est. Aut quod ex eisdẽ demonstratur geometrię, vt visibilia, similiter autem & in alijs.

Cõmen. 118. ℂ Cum declarasset pticulares scias, pprias & pticulares hĩc iterrogationes. Nunc declarat q nec ois iterrogatio geometrica est, nec ois medicinalis, & inqt. ℂ Manifestum itaq3, q non ois iterrogatio geometrica erit. Neq3 omnis iterrogatio erit medicinalis. Et vt dico de geometria, & medicina. Siliter autem & in alijs dicendũ est facultatibus. Exponit aũt, quę iterrogatio geometrica est, & vult q ea sit geometrica iterrogatio, quę vel est ppositio geometrica, e qua aliqd imediate in ipsa geometria demonstrat, vel e qua descendimus ad subalternas sciẽtias, quę p pricipia geometrica habent, vt de pspectiua

dicit. Unde inqt. Sed iterrogationes geometricę ea sũt, ex qbus demonstrat aliqd, de numero eo, de qb^9 geometria est. Ut ppõnes, ex qbus demonstratur, q sup datã lineam ɔtingit triangulum ęquilaterũ collocare. Siquis aũt interrogaret, an circulus sit linea pulchrior recta, nõ tenetur geometra (vt Philoponus inquit) rñdere. Aut iterrogatio geometrica est id, qd demonstratur ex eisdẽ ipsi geometrię. Ut propõnes visibiles, ac perspectiuę, q̃ demonstrant ex geometricis pricipijs, & sũt ppositiões ad theoremata pspectiua. Ergo geometrica iterrogatio vel est ppositio, per quã demonstrat ɔclusio geometrica. Uel est ɔclusio geometrica, & ppositio, p quaz demõstrat ɔclusio pspectiua. Ex qbus velle videt Aristo. q vnamet ppositio sit ɔclusio, & interrogatio, vt ɔclusio in geometria, pro q̃to demonstrat ex eis, quę sunt eadem ipsi geometrię. Et iterrogatio respectu ɔclusiõis pspectiuę, quę p illam ɔmonstrat. Unde queadmodũ pblema est id, qd syllogizat dialecticus, ita q̃stio est id, qd demõstrat scientific^9. Et vt ppositio dialectica est iterrogatio, q̃ pblema syllogizat, sic petitio est Erotema, hoc est iterrogatio, q̃ demonstrat qõ. Hinc fit, vt vnamet ppositio possit esse in subalternãte qõ, & in subalternata petitio, siue interrogatio. ℂ Ex his pz error Junioꝝ, q credide- Error iunioꝝ
rũt scientificũ solũ de ɔclusione iterrogare, nõ aũt de pricipijs. Dialecticũ vero de vtrisq3. Nam si ipsi p iterrogationẽ velint pprie dubitabilẽ ppositionez p disputatio, nẽ determinabilem, sic scientificus nec de ɔclusionibus, nec de pncipijs iterrogat. Sin aũt veĩnt per iterrogationem demõstratiuã ppositionẽ, sic de pncipijs dũtaxat iterrogatiões fiunt. Aristo. n. voluit hic p Erotema ppositionẽ petitoriam aut in eadẽ, aut in supiori scientia determinabilẽ. Quam expõnem Philoponus approbauit.

ℂ Atq3 de his ipsis reddẽda quoq3 rõ est ex geometricis principijs, ɔclusionibusue, sz de principijs nõ est reddẽda rõ geometrę, vt est pfessor geometrię. Eadem sunt & in cęteris scientijs obseruanda.

ℂ Et de his quidem, & ratio subhabenda est ex geometricis principijs, & cõclusionibus. De principijs autem ratio, non subhabenda est geometrę (vt geometra est).

ℂ Cum dixisset, q duplex est geometrica iterrogatio, aut Cõmen. 119.
per quã demonstrat aliqd theorema geometricũ, aut p quã demonstrat aliqd theorema perspectiuũ. Nũc assignat iter hęc dĩam, & vult q de iterrogatione, p quã demonstratur theorema perspectiuũ, subhabẽda est rõ ex geometricis pncipijs. Nam, vt diximus, quę est iterrogatio perspectiua, est ɔclusio geometrię. At de principijs, q̃ sunt iterrogationes geometricę, qbus demonstrant conclusiones geometricę, non est subhabenda rõ geometrę, q̃tenus geometra est. Hęc. n. est geometrica iterrogatio, ɔtinuũ est diuisibile in ifinitũ, at huius nõ geometra rõnez assignat, q̃tenus geometra, sed quatenus Physicus. Unde inqt. ℂ Et de his qdem. s. iterrogationibus, quę sunt ppositiões ad pspectiua theoremata, & ratio subhabenda est ex geometricis pncipijs, & ex geometricis conclusionib^9. Nam iterrogatio perspectiua est ɔclusio geometrię. De pncipijs aũt geometricis, q̃ sunt iterrogationes geometricę, qbus demonstrant ɔclusiones geometricę ratio non subhabẽda est geometrę vt geometra ẽ. Sed alterius supioris, vel ex sensibus. ℂ Uez (vt Phi- Philopo.
loponus inqt). Opz sciẽtes scire, quę sũt primę scientię

super vnāquāq; scientiam, vtputa musicam q̄ arithmetices. Illius.n.theorematibus vtitur. Et mechanicaz, quę geometricę, pari aūt pacto ꝛ pspectiuum. Ex theorematibus.n.scientię superpositę demonstrant ea, q̄ sunt vniuscuiusq; supposite, atq; subiectę scientię. Si igit sciens dz eē musicus, dz scire ea, quę in arithmetica pbant pari aūt modo ꝛ perspectiuus, ꝛ mechanicus, quę sunt geometrię. De pncipys aūt suismet, vt inquit. Nulla sciētia rationem hēbit. Geometra.n.nullam rationem hꝫ de ppiys pncipys, nec alius quiuis. Sed sunt aut sensu pspicua, aut ex terminis euidētia, hęc ex Philopono.

¶ Nec igit artificem quēq; quęuis percontari, nec ad quāuis interrogationē de singul' respondere opꝫ, sed ea tm̄ quę in sciētia sua determinata sunt.

¶ Neqꝫ igitur omnem est vnusquisq; sciens interrogandus interrogationem, neqꝫ ad oē interrogatū est de vnoquoqꝫ respondendū. Sed quę sunt fm scientiaꝫ determinata.

Cōmen.110. Verba tex. duplicē babent expōnem. ¶ Hęc verba pnt dupl'r itelligi, vno modo vt Aristo. velit per hęc soluere quādā dubitationē, qm posset dici, q interrogationes geometrię demōstrari pnt, qm conclusio primę demonstrationis est suppō, seu petitio secūdę demonstrationis, igitur pōt esse interrogatio. Et sic geometra pōt habere rationem saltē de aliquibus suis interrogationibus. ¶ Respondet ergo Aristo. fm hanc expositionem, ꝛ inquit. ¶ Neq; igitur omnem iterrogationeꝫ est, hoc est opꝫ vnūquemq; scientem iterrogandū. Hoc est neqꝫ igit opꝫ vnūquēq; scientem iterrogare oēm interrogationem. Neq; scōm omne iterrogatū, est de vnoquoq; respōdēdū. Quia est deuenire ad primas petitiones, quę sunt primę. Sed q̄ ōterminata sunt fm scientiā suam, hęc dz interrogare, ꝛ ad hęc respondere. Et sic cū diximus geometram nullam habere rationē de suis petitionib⁹ siue iterrogationib⁹. Uolumus itelligere de oībus, qꝛ de aliqbus nihil phibet. Ut de illis, q̄ supponūt primas petitiones. Scōa expō ꝛ est Philop. ¶ Aliter pnt exponi, vt nūc Aristo. velit ex dictis ꝯcludere q ꝛ interrogationes, ꝛ responsiones sint proprię vniuscuiq; sciē. Ut Themistius ꝛ Philoponus expo suerūt. Hi.n. sunt, g verba Aristo. correctiora habent. Unde Aristo. inquit. ¶ Neq; igitur omnē interrogationē vnusquisq; sciens iterrogādus est, neq; ad omne iterrogatum respondendū est de vnoquoq;. Naꝫ (vt Philoponus inquit). Si geometra qdem de Peripheria interroget an quadret rectilineę, necne: Aut quę figuraꝝ Isoperimetraꝝ sit multiloci capacior: ꝛ an ęq̄les sint iter sese, quę a centro circuli concidūt rectilineę. Ad omnes has rn̄dendum est. Sunt.n. geometricę interrogationes, siquis tn̄ interroget, quę lineaꝝ sit pulcherrima, rectilinea an circularis, ad hoc nō rn̄dendū est. Nō eni geometrica interrogatio est. Non igit ad omnē interrogationem rn̄dendum est. Non.n. de musica respondet geometra. Sed (vt ingt) Ad ea rn̄det ꝛ ea interrogat, q̄ sunt determinata in propria scientia. Hęc est expositio Philoponi, quę (vt mihi vr̄) ꝛ planior est, ꝛ verior.

¶ Quod si quispiam cum geometra vt geometra est, sic disseruit, pꝫ ꝛ bene illum eē disceptaturum, si ex his ostenderit aliquid. Qz si non hoc disseruerit modo, nō bene sine dubio disceptabit.

Ut in textu. ¶ Si aūt disputabit cū geometra, quaten⁹ est geometra sit. Manifestuꝫ est, q ꝛ bene. Si ex his aliqd demonstrat. Si ꝟo nō, non bn̄.

Cōmen.111. ¶ Cum declarasset q in vnaquaq; scientia sit tum ppria iterrogatio, tum ppria responsio. Nunc ꝯcludit in vnaquaq; scientia esse propriā disputationem, quę ex iterrogatione ex parte oponentis, ꝛ responsione ex parte rn̄dētis conficit, ꝛ hoc p exēplū in geometria concludit, ꝛ inquit. ¶ Si aūt subaudi geometra, quaten⁹ est sic geometra, disputabit cū geometra. Manifestū est q ꝛ bene disputabit. Et hoc si ex his aliqd ōmonstrauerit, q̄ geometrica sunt. Si ꝟo non, supple geometra sic disputauerit, sed cū musico ex principys geometricis, is non bene disputat. Per quę pꝫ proprias cuiusq; scientię disputationes esse, quę ex propriys illius scientię iterrogationibus, atq; propriys responsionib⁹ ꝯstant. Et cum dixit, Si aūt verbum aūt nō aduersatiue. Sed potius ꝯiunctiue legēdū est, vt p pręterea, vel pro aliquo tali. Philopo. ¶ Exponit āt hęc Philoponus per exēpla, vtputa, si quęrat a geometris circuli tetragonismū, quē antiphon ꝛ bryson opinati sūt inuenisse, cū petant sibiipsis dari, quę nō ꝯcederēt geometrę, hic qdeꝫ rectilineam adaptare circulari. Ille ꝟo, maius ꝛ minus circulo describens quadrangulū, vt in alys diximus, per itermedium maioris ꝛ minoris descripti quadranguli, ęqualē circulo quadranguluꝫ putat demonstrare. Sed sic qdem male aduersus geometras disputabāt, nō vtentes geometricis principys. Hippocra. ¶ Hippocrates ꝟo, quattuor lunulas demonstrans, ęq̄les eē q̄drangulo, non male ex geometricis nāq; principys hęc demonstrat. Ut ꝛ nos prius demōstrauimus vnā lunulam ęq̄lem esse triangulo, coꝝ q̄tuor p ex diuisione quadranguli, putat ꝛ alio modo circulū q̄drare. Peccat aūt is, quatenus quod in parte est, censebat ꝛ in oī esse.

¶ Patet etiam illum nō redarguere geometram nisi p accidēs. Quobrem inter ignaros geometrię de geometria differenduꝫ nō est. Latebit.n. is qui dixerit praue. In cęteris ēt scientys res sese habet similiter.

¶ Manifestū aūt est, q nō redarguit geometrā, nisi per accidens. Quare nō vtiqꝫ erit in non geometricis de geometria disputandū, latebit eniꝫ praue disputans. Similiter autē se habet ꝛ in alys scientys.

Cōmen.112. Finis disputatiōis est victoria. ¶ Tertio ondit in vnaquaq; sciētia fieri in disputationibus illius propriam victoriam, q̄ est finis disputatiōis, nam si in vnaquaq; proprię disputationes fiunt, etiaꝫ in vnaquaq; fient pprię victorię, Unde ingt. ¶ Manifestum autē est. q qui per extranea redarguit geometraꝫ, non redarguit geometram, nisi per accidens. Igitur qui p propria geometrę geometram redarguit, per se vincit, ac redarguit. Ut redarguere arithmeticus pōt p numeros geometram, sed per accidens, quatenus redarguitur geometram induit formā atq; habitū arithmetici. Hęc Exēm Phil. ostendit Philoponus per exēplum, vt siqs non geometricus cū interrogauerit geometram. Utrum pulcherrima lineaꝝ, recta an circularis. Si aliqs responderet q recta, ꝛ aliqs hunc redargueret, nō geometraꝫ redargueret. Non.n. de his, quę ꝯpetunt geometrię, redargueret, sed per accidens, qm accidit redargutum geometrā eē. Non.n. quatenus geometra redarguitur. Neq; quaten⁹ medicus redarguitur imedicus in musicis theorematibus redarguitur. Ex his omnibus concludit vnū pceptū vale ad disciplinę adeptionem, ꝛ inquit. Quare nō vtiq;

erit in

erit in nõ geometricis de geometria disputandū. Cuius cām assignat, ⁊ inquit. Latebit eni praue disputās. Nam (vt Philoponus inqt) Queadmodū vnūquēq3 de proprijs ac peculiaribus op3 disputare, ita ⁊ geometram, et nõ ingeometricus de geometria disputaturus est. Non enim sciūt ignari iudicare sciētias. Quo circa sepe sepi⁹ prauus melior putabitur eē ꝗ̃ sciens. Propter h̄ Arist. assignans cām, dicit. Latebit eni3 praue disputās. Quoniā nec opponens, nec respõdens poterit iudicare an bene, an male disputet. Et addit id qd̃ de geometria dictū est, Similr se habere ⁊ in alijs scientijs. ℭ Ex his p3 in omni scientia eē ppriam interrogationem, q̃ quidem si est de ꝯne, est q̄stio. Si de pncipio, est petitio. ℭ Secūdo p3 in omni sciētia esse ppriam rn̄sionez, q̃ si est ad ppositionem, est suppositio, si ad q̄ōnem, est ꝯ. ℭ Tertio apparet in omni scia esse ppriam disputationem, q̃ ex interrogatione, ⁊ rn̄sione cōsicitur. ℭ Quarto p3 in oi scientia esse ppriam victoriā atq3 redarguitionē, que est finis disputationis.

Dubiū pma. ℭ Sed circa hec dubitat, qa nõ videtur in sciētijs posse eē disputationē, qm̄ disputatio est actus dialectici.

Rn̄° The. ℭ Rn̄det Themistius in scia fieri interrogationem, respõsionez, ⁊ disputationē nõ gratia ꝯsensus a respõdente captandi, sed gr̄a ptentandi aliq̄s eiusdem pfessionis.

Obiectio. Cap. 2. ℭ Sed adhuc dices, qa p elenchorum disputationes sunt quatuor, doctrinalis, q̃ pertinet ad scientiam, dialectica, ⁊ tētatiua, que ambe attinēt ad dialecticum. Et quarta est sophistica. Igitur tētatiua non attinet ad demōstrationē.

Solutio. Tētare duob⁹ modis. ℭ Dicēdu3 q tētare est duobus modis. Uno mõ, cuius finis est habere ꝯsensum a respõdente, vt inde pficiscatur ad disputationem, ⁊ hec attinet ad dialecticā. Alio mõ, cui⁹ finis est disponere discipulu3, vt docet Plato in Menone. Et hec tētatio est doctrinalis disputatio, ⁊ de hac loqtur Themisti⁹.

2ª dubitatio. ℭ Secundo dubitatur, qa musicus potest cū arithmetico disputare, ⁊ tñ musicus nõ est arithmeticus. ℭ P. Omnis disputator saltē opponens d3 latere, aliter nõ esset disputatio.

Solutio. ℭ Dicendū primo q Aristo. per nõgeometraz intelligit eum, qui nec pncipalr, nec subalternate est geometra. Musicus autem saltē subalternate est arithmeticus.

Latere bifariam. ℭ Secūdo dicēdū q latere est bifariam, aut conueniēdo in termis, ⁊ sic lic3 latere i ōrationib⁹, vt puenitur in finē, Aut discōueniēdo i termis, ⁊ sic nõ lic3 latere in demonstrationibus, qm̄ h̄ latere eēt p extnea latere.

ℭ Cū aūt iterrogatiões sint geometrice, sunt ne ⁊ igeometrice? Et iterrogationum he q̄ ab ea pdeūt ignoratione q̄ est dispositio, geometrice ne sunt, ⁊ in q̄cūq3 facultatū similr. Preterea vtra rōcinationū ab ignoratiōe pficiscitur, vtrum ea que ex oppositis cōstat, an ea que constructa est vitiose.

Tex. 28. ℭ Qm̄ autē sunt geometrice interrogatiões, nonne sunt, ⁊ ingeometrice? Et s̄m vnamquāq3 sciētiam q̄ s̄m ignorantiā qualem s̄m sunt geometrice? Et vtru3 qui s̄m ignorantiam syllogismus est, sit qui est ex oppositis syllogismus? an paralogismus?

Cōmē. 123ᵐ Continuatio ℭ Cum dixisset q nõ oēm interrogationem iterrogādus est geometra, aut medicus, aut q̄spiam alioꝝ sciens, sed sola ea, q̃ ppriē peculiarisq3 sciētie ꝯueniunt, cōpetūtq3. Et q non ad oēm interrogationem respondere d3 sciēs, sed ad solas pprias, familiaresq3, Utputa, geometra ad geometrica. Et medicus ad medicinalia, Querit in his (vt Philoponus exponit) num queadmodum sunt geometrice interrogatiões, sint etiā ingeometrice, ⁊ in alijs scientijs similr. Hanc pponit, ⁊ inquit.

Expō Phi. Pris q̄ō mota in tex. ℭ Qm̄ aūt sunt geometrice interrogatiões, nõne sunt ⁊ ingeometrice, et vt mouit q̄ōnem de geometricis, ita ⁊ in alijs silr intelligendū est, vt vtrū sicut sunt physice iterrogatiões, sint ⁊ inn̄ales? Unde sensus est, Utrū in eadē scientia, vtputa in geometria, sint geometrice ⁊ ingeometrice interrogationes? Et in physica sint n̄ales, ⁊ inn̄ales interrogationes, ⁊ in alijs scientijs silr. Et per interrogatiões intelligi potest de pncipijs, ⁊ sunt petitiones, ⁊ de ꝯnibus, ⁊ sūt q̄ōnes. De vtrisq3 eni q̄stio est, an in eade3 scia sint, vt in geometria geometrice, ⁊ ingeometrice: hec est pma q̄ō.

2ª questio. ℭ Deide mouet 2ᵃᵐ q̄ōnem, q̃ sic ad pmā cōtinuat. Et siquidem in eadem geometria sint iterrogationes geometrice, ⁊ ingeometrice, q̃ sint he, ⁊ s̄m qualē ignorantiam vtriq3 fuerint: ⁊ vt intelligat hec q̄ō.

Cōmēt⁹ sequens. Duplx ignorantia. ℭ Animaduerte, vt posterius patebit, q duplex est ignorātia, hec qdē s̄3 negationem, Illa xo s̄m dispōnem. Ignorātia negationis est, q̃ nullaz notionem h3 de re. Scdm dispōnē xo, que notionem qdem h3 de re, sed fallacem, ⁊ non exquisitaz. Qui eni non scit parallelas cōcurrere, is ignorantiaz habet, q̃ s̄m negationez est. Sigs xo putauerit parallelas concidere, is ignorātiam habet, q̃ est s̄m dispōnem, qm̄ male de re dispositus est. ℭ Est ergo secūda q̄stio, cū in eadē geometria sint geometrice, ⁊ ingeometrice iterrogationes, ⁊ ingeometrice interrogationes sint, q̃ sunt s̄m ignorātiam, Ideo q̄ritur s̄m qualē ignorantiā he iterrogationes sint ingeometrice? an dispōnis, an negationis. Et hoc inqt. Et s̄m vnāquāq3 sciam, q̃ s̄m ignorātias, h̄ est, ⁊ dato q interrogationes, q̃ sunt s̄m ignorantiā, Utputa ingeometrice, sint s̄m sciam geometrie, s̄m quale3 ignorātiam sunt geometrice, an s̄m ignorātiam dispositionis, an s̄m ignorātiam negationis. Hec expō Philoponi est, q verba greca optime perlibrauit. Unū sensus est secūde q̄stionis, cū ingeometrice interrogationes, q̃ sunt in eadē geometria, sint s̄m ignorantiā, s̄m quā ignorantiam, he sunt, an dispōnis, an negationis.

3ª questio. Ignorantia dispōnis tripartitā s̄m Platonicos. ℭ Deinde mouet tertiā q̄ōnem, Nam cū ignorātiam q̄ s̄m dispositionez est, trifariaz diuidāt Platonici, aut s̄m mām, aut s̄m formā syllogismoꝝ, aut s̄m vtrūq3, Utrū interrogationes, q̃ sunt s̄m ignorantiam, sint s̄m ignorantiā pficiscētem a syllīs peccātibus in mā, aut peccātibus in forma, aut peccātibus in vtroq3.

Syll̄s sophistic⁹ triplex. ℭ Ubi aiaduerte, q syllogismus sophisticus triplex est, aut q ex falsis syllogizās, seruat formā, aut qui ex veris, nõ seruat formā, aut qui ex falsis, nõ seruat formaz. Primus qdem peccat in materia, Secūdus peccat in forma, Tertius peccat in vtroq3. Querit ergo secūdo loco, cū triplex sit ignorantia, aut que pficiscit a syllogismo peccāte in forma, aut in materia, aut in vtroq3, Utru3 interrogatiões q̃ sunt s̄m ignorantiā, sint s̄m ignorātiam pficiscētem a syllīs peccātibus in mā, aut peccātibus in forma, aut peccantibus in vtroq3. Unū inquit. Et vtrū qui s̄m ignorātiam syll̄us, q est ex oppositis syll̄s, an paralogismus. Hoc est vtrū interrogatio ingeometrica sit syll̄s s̄m ignorātiam, qui ex oppositis, hoc est s̄m ignorātiam dispōnis, ex falsis. v3. propositionibus factus syll̄s, he eni opposite sunt veris, an paralogismus, hoc est qui ob peccatū s̄m figuraz fit, quem neq3 syll̄m dixit, Sed paralogismuz, ppterea qa nõ seruat figura. Et xbū illud s̄m ignorātiā, in cōi accipiendū est, tā in syllogismo ꝗ̃ in paralogismo.

ℭ At eni3 in geometrice interrogationes, aut

affirmatiue sint, sed ēt negatiue. Est.n. imediate aliud de alio negare. Hec Philoponus de ītētione, & de cā ītētionis. Carbez cpō ¶ Quo vo ad vba attinet, Aristo. (vt Philoponus inqt). Dat nobis regulaz quo pacto possum⁹ cognoscere terminos imediate se negātes abiuicē. Non.n. facile est hoc cognoscere. Immediate.n. affirmatiōes cognoscunt. ex eo, q̄ si hñt p̄dicatuz p̄ inexistēs subiecto, & nulli alteri ante ipm. He sūt imediate affirmatiōes. De corpe eni substātia imediate p̄dicat, & id de aīato, & in reliqs codē modo. In negatiōib⁹ aūt nō facilis est cognitio, ppterea de his ponit regulā. Primo g̊ p̄mittit eē propōnes negatiuas imediatas, & dicit. ¶ Sicut aūt/a/esse in/b/ ptingit idiuisibilr, hoc est imediate. Sic & nō iesse possibile est. Ergo sicut dat affirmatio imediata ita dat negatio imediata. Exponit qd ipse velit p indiuisibilr inesse, vel non inesse, & inqt. Dico aūt indiuisibilr inesse, vel nō iesse, eo q̄ nō sit aliqd eoꝝ .s. extremoꝝ ipsi⁹ propōnis mediū, p qd demonstrari possit alteꝝ alteri nō inesse. Cuius cām assignat, & dicit. Sic.n.s. p carentiā medij. Non erit fm aliud inesse, aut nō inesse, q̄si dicat. Cā aūt ei⁹ qd diximus est, qm cū mediū extremoꝝ nullū est, sic nō erit alteruz alteri inesse p mediū aliud, sz imediate, hoc est sic erit negatio imediata, vel iesse, hoc est affirmatio imediata. Cū eni nō sit mediū, tam negatio, q̄z affirmatio erit imediata. Et itelligit p indiuisibilr (vt recte Philoponus exponit) imediate. Nec ab rōne, p idiuisibilr, itelligit imediate, qm appōne medij termini q secat imediatas propōnes non pōt facere vnā propōnem duas. Sic.n. non erit fm aliud inesse, aut non iesse. Sicut.n. si dixero hō ē substantia, non p̄ p̄dico de hoie substantiā, sed p aliō, & icirco non est imediata propō, nā pp rōnale, & hoc pp aīal, & hoc pp corp⁹, sed solū de corpore substātia p̄dicat imediate, de hoie vo rōnale, qm non ptingit (vt alius terminus medius iter hos itercidat) an p̄ insit p̄dicatū, ita & imediate negatiōes he vtiqz esse possent, qb⁹ non ptingit. Ut termin⁹ ab alio subiecto negēt. Tunc.n. imediate, & non p aliud negatio est. Ergo sicut imediata affirmatio est, qn iter extrema nullus terminus itercidit, cui p̄ predicatum inest, ita negatio imediata erit, qn nulluz subiectum itercidit, a quo p̄ predicatum negat. Recte itaqz indiuisibiliter idem est, quod imediate.

¶ Cum itaqz vel/a/vel/b/in toto quopiaz est, vel etiam vtrūqz, tum etiaz fieri nequit vt/a/ primo non competat ipsi/b.

¶ Cum igitur aut/a/aut/b/ in toto aliquo sit, aut etiam ambo, non contingit/a/in/b/primo non inesse.

Cōm. 149[m] Regula ppōnis imediate. ¶ Qm cognoscere imediatas propōnes est (vt diximus). Difficile. Nunc ponit regulā, qua facile illas apphendamus. Et regula est (vt Philopon⁹ exponit) q̄ qn termini, q negant abiuicē, tales sunt. Ut neutꝝ ipsoꝝ habeat alium talē affirmatū de seipso, ppterea q̄ sit ipse ex generalissimis, & possit de qbusdā gnibus p̄dicari, tūc imediate dicunt adinuicē negari. Immediatas.n. propōnes eas dicim⁹ iter q̄s nō ptingit itercidere aliquē terminuz mediū, p quez fiat syllogismus. Si vo quiuis terminoꝝ hēat aliquē q de ipso p̄dicet, is pōt itermedius appositus, facere syllogismū p̄dicatum qdem de altero, a reliq̄ vo negatū. Ut p p̄[m] qdem faciat scdaz figuram, p scdm vo p̄mā. Quare solūmō negatiōes he vtiqz esse possent, q̄ vtrosqz habeāt terminos ex gnalissimis generib⁹, naz si alter ipsoꝝ, aut ambo subalternoꝝ fuerint, nō est talis negatio imediata. Aristo. g̊ declarat qd negatiua mediata sit. Ut ex hoc regula intelligat p quā imediate cognoscāt. ¶ Ubi aīaduerte trifariā negationē fieri (vt si ambo extrema sub eodē toto ptinēt) vt hō, & equus sub animali, aut si sub diuersis totis, vt equus & linea, equus quidē sub substantia, linea vo sub q̄titate. Aut si alteꝝ sub toto, alteꝝ vo non, & hoc est, aut q2 subiectū sit, p̄dicatū non, vt equus nō est q̄titas, aut ecōuo, subiectū non, p̄dicatū sit, vt q̄titas nō est equus. Arist. ergo vult oēs has esse mediatas, p̄ter eam, cuius extrema sūt sub eodē toto, de q̄ nihil meminit. Hic pz, q̄ sit imediata. Est.n. illa, cui⁹ extrema nec sūt sub diuersis totis, nec alteꝝ tm, vnde inqt. ¶ Cuz igit aut/a/aut/b/in toto aliquo sit. Et per b/subiectū itelligit/a/vo negatū ab ipso/b/ Ideo inquit. Cū sit alter ipsoꝝ in aliquo vliori hoc est, qn hz aliquod qd p̄dicatur de ipso. Aut ēt ambo subaudi sint sub diuersis totis. Non ptigit/a/in/b. Primo nō inesse. Hoc est ex his nō sit imediata negatio. Non.n. p̄mo negatur/a/ō/b/ sz pp mediū aliud. Et p totū, genus vel vle itelligit. Sic eni in libro prioꝝ ipse loqtur. Species.n. pars est in genere. Hinc pz per oppositum que sit imediata. Est enim illa, cuius extrema nec sunt sub diuersis totis. Nec alteꝝ extremorum est in aliquo toto. Nega⁹ tribus modis fit. Quā ppō. imediata.

¶ Sit.n.a/ipm in toto/c/ Si igit/b/nō sit in aliquo toto/c/ fieri nāqz pōt vt/a/quidez in toto quopiā sit/b/vo in hoc eodē nō sit. tum rōcinatio fiet, ac ipm/a/nō iesse/b/p/c/mediū pcludet. Nam si/c/cuilibet qdē ppetat/a/ de nullo vo/b/ p̄dicat/a/ sane nulli competet/b.

¶ Sit.n.a/in toto/c/igitur si/b/nō est in toto/c/ (Pōt.n.a/qdez esse in quodā toto. Sz/b/nō esse in hoc). Syllogism⁹ erit q̄ nō sit/a/in/b. Si.n. in/a/quidem omni est/c/in/b/aūt nullo est, in nullo/b/est/a.

Cōm. 150[m] ¶ Ea que dixit. Nunc p exēpla declarat. Et p̄ declarat, q̄ cū p̄dicatum sit sub toto aliquo, & subiectū sub nullo toto, negatio sit mediata. Termini aūt sint. Quātitas, Continuum, Substātia. Nam oē ptinuum est quantitas, nulla substātia est q̄titas, nulla g̊ substātia est ptinuū. Ubi pz a/b/negationē esse mediatā, nam p̄dicatum sub toto est. Utputa sub/c/qm sub q̄titate. Subiectū vo sub nullo, qm substātia sub nullo est. Et tñ syllogismus est in secūda figura, qm nullū/b/est/a/ vnde dicit. ¶ Sit.n.a/in toto/c/ Utputa ptinuū sub q̄titate ita, vt hec sit vera, oē ptinuuz est quātitas, Igit si/b/nō est in toto/c/nec sub ali

Quantitas
C
O
N
Camestres
Conti nuum
Sba
A
B
.N.

quo toto, vt substãtia. Põt.n.a. quidem esse in quodã toto (vt continuum sub quantitate). Sed /b/ non esse in hoc, nec in alio subaudi. Syllogismus erit in scda figura, q non sit a/in/b/ Reperit aũt syllogismũ, 7 inqt. ¶ Si.n.in/a/ quidem omni est/c/ qm omne continuum est quantitas. In/b/ aũt nullo. Qm nulla substãtia est quantitas. Syllogizabit, qm in nullo/b/est/a. Nulla.n. substãtia ẽ continuũ. ¶ Quo
Verbo7 expõ vo ad vba attinet. Aiaduerte, vba illa. Sed /b/ non esse in hoc, esse intelligenda, q /b/ sit in nullo. Qm nec in/c/ nec in alio quodã e/c. Et dixit hoc (vt Philopon⁹ notauit). Qm spẽs 3diuisiuę, ẽt negant abiuicẽ imediate, 7 tñ sub eodẽ gñe continent. Hęc.n.est imediata, nullũ irrõnale est
Obiectio. rõnale. Et tñ ambo in toto aiali sũt. ¶ Fecit aũt syllm i
Solo Phil. scda figura, 7 tñ dixit ppõnes cõcludi in pᵃ figura. ¶ Et dicẽdũ (vt Philopon⁹ innuit) qm cõtigit alterã tñ declari p secũdam figuram, vtrãqz aũt, nõ nisi per primam.

¶ Idez fiet 7 si/b/in toto quopiã sit, vel vt in d/nam ipm/d/ cuilibet quidez cõpetit/b/ de nullo vo di/a/ q̃re fit vt/a/ p rõcinationem nulli competat/b. Eadem ostendent 7 si vtrũqz tam/a/ q̃/b/ in toto quopiam sit.

¶ Silr aũt 7 si/b/ in aliquo toto est. Vt in/d/ d.n. in oi/b/ est. In/a/ aũt nullo/d. Quare/a/ in nullo/b/ erit p syllogismũ. Eodez aũt modo demonstrabit, 7 si vtraqz in toto aliquo sũt.

Quantitas D | Suba C | Quãtitas D

Sba A | Cõti nuũ B | Cor pus A | Cõti nuũ B

Cõme. 151ᵐ ¶ Sumit nũc cõuersum, subiectũ quidẽ in aliquo, pdicatum vo, in nullo. Et sit/a/ quidẽ substãtia/b/ vo continuũ/d/ autez quantitas. In oi ẽ continuo quantitaz inest, in nulla aũt suba quantitas. Quare in nullo continuo suba. Nõ igit imediata propõ ẽ, q̃ dicit nullũ continuũ est suba, vñ dicit. ¶ Siliter aũt, 7 si b/in aliquo toto est. Vt in/d/ d.n. scz quantũ in oi/b/ est. Oẽ eni continuum est quantũ. In/a/ aũt nullo, est ipm/d/ qm nulla suba est quantitaz. Quare/a/ in nullo/b/ erit. Tertio declarat idẽ qm ambo extrema sub diuersis totis sũt, vt corp⁹, cõtinuũ, nã corp⁹ sub suba, continuũ aũt, sub quãto est. Et sic hoc propõ corpus continuũ est mediata, qz põt per duos syllogismos demõstrari. Vtputa 7 per/c/ hoc ẽ p substãtiam, 7 per/d/ hoc est per quantum. Ergo est mediata.

¶ At vo fieri posse vt/b/ nõ sit in eo in quo toto est ipm/a/ aut rursus, vt/a/ nõ sit in eo i quo totũ est ipm/b/ pz ex dispõnib⁹ rez, q̃ iter sese nõ miscent, nã si nihil eoz q̃ in/a/c/d/ serie collocant de vllo pdicat eoz q̃ in/b/e/f/ diuersa serie collocant/a/ vo in toto est/g/ qd quidez eiusdem est seriei, pspicuũ est fieri non posse, vt/b/ in ipso sit/g. Alioqn conuenirent ac miscerentur hę series rerum. Idem fiet 7 si/b/ ipsum in toto quopiam sit.

¶ Quod aũt cõtingat/b/ nõ esse in quo toto ẽ/a. Aut itez/a/ in quo est/b. Manifestũ est ex coordinationib⁹, q̃cũqz nõ cõmutant adinuicẽ. Si.n. nihil eoz, q̃ sunt in/a/c/d/ coordinatiõe ẽt de vllo pdicet eoz, q̃ sũt in/b/e/z/a/ aũt in toto/d/ est, Manifestum est q/b/ non erit in d. Cõmutarentur.n. coordinatiões. Similiter autem est, 7 si/b/ in toto aliquo sit.


Substantia	D	Z	Qualitas
Animal	C	E	Passio
Homo	A	B	Color

¶ Cum accepisset q possibile est/a/ quidẽ esse in toto quodã/b/ vo nõ esse in eodẽ toto. Nũc id demõstrare vult. Cõme. 151ᵐ
Verbo7 expõ ¶ Quo vo ad vba attinet. Coordinationẽ vocat ordinẽ Cathenamue q̃ ab vnoquoqz gñalissimo deducit, vt substantiã, aial, hõ. Per coordinationẽ q̃ cõmutat, intelligit, cã, q̃ cũ altera cõicat, vt corp⁹, elemẽtũ graue. Hęc eni cõicat cũ pma, qm cõia hñt gñia substantiã, videlz 7 corp⁹. Per coordinationẽ vo, q̃ nõ cõmutat, itelligit cã, q̃ nihil cõe hz, vt est Qualitas, Passio, Color, vel quantum continuũ, superficies. His expositis, inqt. ¶ Qd aũt cõtingat b/ nõ eẽ. In eo toto. In quo est/a. Aut itez ẽ/a/ in eo toto. In quo est/b/ vt paulo ante assumptũ est. Manifestũ est ex coordinatiõib⁹, q̃cunqz nõ cõmutant adinuicẽ. Et dixit, q̃cũqz non cõmutant adinuicẽ, pp coordinationes q̃ cõmutant (Vtputa q̃ hñt gñia cõia, vt dictuz est). Ergo vult hic, q si detur coordinationes incõmutabiles, atqz ipermistę, pñt/a/ 7/b/ esse sub diuersis totis penitus abiũctis, vt/a/ sub/d/ 7/b/ sub/z. Qd aũt ita sit, pbat, 7 inqt. Si eni nihil eoz, q̃ sũt in/a/c/d/ coordinatiõe, ẽt de vllo eoz pdicet, q̃ sũt in/b/e/z/ coordinatiõe, 7/a/ in toto/d/ ẽ. Manifestũ q/b/ nõ erit in/d/ toto. Cõmutarent.n. coordinationes. Cui⁹ oppositũ supponit, vt q sint incõmutabiles. Silr aũt qd diximus pz. Et si/b/ in toto aliquo sit. Vtputa in toto/z. Bene ẽ dictum est/a/ 7/b/ esse in diuersis totis. ¶ Quo vo ad rõnẽ attinet. Aiaduerte q vis rõnis Aristo. est Enthymema, hoc pacto. Si sũt coordinatiões in Enthymema
iter. cõmutabiles/a/ 7/b/ sũt in diuersis totis. Sz dant coordinatiões incõmutabiles, vt nũc supponit. Ergo/a/ 7/b/ sũt in diuersis totis. ¶ Qd aũt dent incõmutabiles coordinatiões, Aristo. supponit hic, qz 3 Antiquos pbauit non oia eẽ vnũ vt Parmenides 7 Melissus dixerunt. ¶ Pla Disãsio iter
antiqs de co
ordinatiõib⁹.
6⁹ ph. 14. tẽ.
Plato.
Aristo.
Pithagorici. to ẽt dixit oia cõtineri sub Idea vni⁹. ¶ Arist. ãt supponit eẽ.x. rez gñia, 7 quidẽ ipmista, ac icõmutabilia. ¶ Pithagorici quoqz cõcesserũt eẽ coordiatões duas tñ ipmistas alterã bonoz, alterã maloz. ¶ Arist. vo. x. rez gñia supponẽs, vult/a/ 7/b/ eẽ in diuersis totis, vt supposuit in primo textu. Qd igit/a/ 7/b/ sint i diuersis totis, pz ex hisce.

¶ Sed si/a/ nulli/b/ insit, 7 neutz i toto sit vllo, necẽ est/a/ sine medio nõ cõpetat ipsi/b. Nã si quidpiã iter ipsa mediũ cadet, necẽ est alteꝝ ipsoz in toto quopiã esse. Aut.n. in pria figura rõcinatio eoz, aut i media extruet. At si in pma/b/ nimiꝝ in toto quopiã erit. Propõnez eni eam q̃ versus/b/ collocabit affirmatiuã eẽ opz. Si in scda vtrũuis in toto quopiam erit. Nã vtrũuis iteruallum affirmatiuũ esse


pōt. Atq3 nūc versus maius nunc versus minus extremū negatiua propōne sumpta, cōficiē rōcinatio. Ambe vō ppōnes si fuerit negatiue rōcinatio nō ɔstabit. Pz igiē fieri posse vt sine medio gdpiā cuipiā nō isit, atq3 qñ, ꝛ quēadmodū fieri pt satis iā explanauim⁹.

Si vō neutꝝ sit in toto aliquo nullo, nō sit aūt/a/in/b/necesse est idiuisibilr nō eē. Si.n. erit aliqd mediū, necē est aliqd hoꝝ i quodā toto eē. Aut.n. in prima figura, aut in media erit sylls. Siqdē igr in pria figura/b/erit i toto aliquo. Affirmatiuā.n. ad hoc opz fieri ꝑ positionē. Sin aūt in media, vtrūq3 ɔtingit. Ad vtrūq3.n. posito priuatiuo, erit sylls, cū3 aūt vtraq3 priuatiua sit, nō erit. Manifestu3 igiē qꝫ ɔtigit ꝛ aliđ in alio nō eē indiuisibil'r, ꝛ quando contingit, ꝛ qūo diximus.



Cōmē. 153ᵐ Cū dictū sit trifariā eē negatiuam mediatā, nā ea, cui⁹ vtraq3 extrema in diuersis ɔtinēē totis mediata est, ꝛ ea, cui⁹ subiectū i aliquo toto est, ꝑdicatū vō minime. Et ea, cui⁹ ꝑdicatū in aliquo toto est, subiectū aūt nequaq3. Dic q̄si ex his, q̄ dixit deducit, q̄ naz sit ꝑpositio imediata, ꝛ dicit qꝫ negatiua imediata est, cui⁹ neutrius extremoꝝ in aliquo toto est. Ut nulla suba ē q̄ntitas. Et vi3 mihi, qꝫ pticula d'i hoc est aūt, legi dz d'i, hoc est igiē. Qm̄ ex dictis hoc deducit, vñ ingt. Si igiē neutꝝ extremoꝝ ꝑpōnis negatiuę. Sit in toto aliquo nullo, supfluit vbū nullo more grecoꝝ, apud quos duę negatiōes magis negāt. Hoc est, si igiē nec subiectū nec ꝑdicatū negatiuę propōnis, i aliquo toto sit. Utputa, si nec/a/nec/b/in aliq̄ vliori sit, s3 sint ipsa vlissima. Non sit aūt/a/in/b/hoc est ꝛ ꝑpō negatiua sit hęc, nullū/b/est/a. Necē est idiuisibilr nō eē, h est necē est, vt hęc ꝑpō nullū/b/est a/sit imediata, probat ɔtriaz ex opposito ɔñtis, ꝛ ingt. Si.n. erit aliqd mediū, necē est aliqd hoꝝ. s. aut/a/aut/b/in aliquo toto eē, ꝛ sic ꝑ tale mediū poterit syllogiçari syllo, q erit aut i p̄ᵃ figura, aut in media. Probatū est.n. oēm ꝑpōnē mediataz Verboꝝ expō syllogiçari posse aut ꝑ pmā, aut ꝑ scdaz figuraz. Quo vō ad verba attinet. Aiaduerte qꝫ Arist. adiecit. Non sit aūt a/in/b/qm̄ ex negatiua nō seqtur affirmatiua, nisi cū ɔstantia subiecti. Nō.n. seqtur, nec ꝑ extremoꝝ/a/b/ꝑpositiōis est in aliquo toto. Igiē/a/b/est negatiua imediata, s3 opz addere. Et/a/b/est ꝑpō negatiua, tūc.n. seqē qꝫ sit imediata. Tūc ondit, qꝫ si pōt syllogiçari in aliq̄ figura, qꝫ sit aliqd extremoꝝ in aliquo toto, ꝛ ingt. Siqdem igiē in pma figura sylls sit, quo/a/b/syllogiçaē, ipsum/b/erit in toto aliquo, vt in/c. Cur⁹ rōnē ait. Affirmatiuā eni ad hoc opz fieri propōnez, vt minorē, v3, oē/b/est/c. Ut sit sylls oē/b/est/c/nullū/c/est a nullum igiē/b/est/a. Sin aūt (vt ingt sylls). Quo ad illa vba ꝑbaē, sit in media figura. Utrūq3 ɔtigit, hoc est tam maiorē, q̄3 minorē, cui⁹ eām affert, ꝛ ingt. Ad vtrūq3.n. posito priuatiuo hoc est, tam ad maiorē q̄3 ad minorē erit sylls in scda figura. Dico aūt vtrūq3 nō sil', sed seorsu3. Qm̄ cū vtraq3 sil' priuatiua sit, nō erit sylls, ex vtrisq3.n. negatiuis nihil seqēē. Tūc epilogat, ꝛ ingt. Manifestū igiē qꝫ ɔtingit ꝛ aliud in alio nō esse indiuisibilr. Hoc est pz, qꝫ sit aliq̄ ꝑpō negatiua imediata, ꝛ pz qñ ɔtingit, qm̄ tunc, cū extrema in nullo sūt toto, vel ambo in eodē toto. Exēplū primi substantia nō est q̄ntitas. Exēplū scdi, rōnale nō est irrōnale. Et manifestū est qūo ɔtingit, qꝫ ꝑpositio negatiua sit imediata. Qm̄ ɔtingit negatiuā esse imediatā nō eo mō, quo affirmatiua est imediata. Ut dictū est. Nā affirmatio dr̄ imediata rōne ꝑdicationis, negatio vō, rōne stat⁹, Utputa, cū ad ꝑdicata ē status. Preterea affirmatio dr̄ imediata, q2 est ꝑ se, ꝛ vlis. Negatio vō, nec est ꝑ se, nec vlis. Sed dubitaē, q2 hęc nulla suba est q̄ntitas, nō Dubitatio. vr̄ imediata, qm̄ ꝑ regulā, q̄ libro scdo de iterptatiōe Cas. vide habeē, hęc propō malū non esse bonū, sic ꝑbaē, Nullū nō bonū est bo nū. Oē malū est non bonū, nullu3 igiē malū est bonū.

Eodē mō ꝑbaē illa. Nulla substātia est Quātitas q2 seqēē nulla non q̄ntitas est Quātitas ols suba ē nō quātitas. Igiē nulla substantia est Quātitas Quaē nō ē imediata. Et dicēdū qꝫ differt ꝑbatio, ꝛ expositio vt



in Ludicris dixim⁹. Qm̄ ꝑbatio est ꝑ notiora, expō vō nō, dico ergo qꝫ illa propositio nulla substātia est quātitas, logice exponitur dupl'r, aut per affirmatiuam, naz si affirmatiua eius est falsa, ipsa est vera. Aut sumēdo medium terminū ifinitāter. Ut si volo probare, hanc. Nulla substātia est quātitas, sumam negatiuam de ꝑdicato illius infinito hoc modo. Nulla nō quantitas est quantitas, omnis substantia est non quātitas. Igitur nulla substantia est quātitas. Eodē modo, ꝛ hęc Nullus homo est equus, qm̄ nullus nō equus est equus, Omnis homo est non equus. Igitur nullus homo est equus. Potest etiā ꝛ metaphysice ꝑbari, vt tertio metaphysice pz. Utputa, quantitas est quātitas, ꝛ substantia est substantia, ꝛ neutrum sub neutro est, igitur nulla substantia est quātitas. Patet igiē qꝫ tales nec probationes, nec demonstrationes sint. Qm̄ non per notiora sunt. Dictum de syllogismo scientię, ꝛ ex quibus sit, ꝛ qualibus, ꝛ quę dicta sit syllogismi ꝑꝑ quid a syllogismo q2, ꝛ qꝫ sicut sūt affirmationes imediatę, ita etiam negationes imediatę.

Solutio. Probatio ꝛ expō quō differunt.

Ista ꝑpō nulla suba ē q̄ntitas logice exponiē dupl'r.

Epilogus.

Finiūt Cōmentaria sup libro pmo Posterioꝝ. Augustini suessani Philosophi celeberrimi.

¶ Augustini Niphi Medices in libris Posterior. Cōmentarior. Liber Secūdus.

Tex. pm°.

Ea que queruntur tot sane profecto quot sūt ea que scimus. Querimus autem quatuor, esse, ppter quid est, si est, atq̃ quid est.

Quesita sunt equalia numero his, cuncq̃ quidez scimus. Querimus autem quatuor quia, propter quid, Si est, quid est.

Cōmēta. p° Discordia apud grecos de intētiōe huius Libri.

De intētione huius Libri apō grecos fuit dissa. ¶ Alexander Aphrodisius huius Scdi libri intētionez de definitione esse asserit, Unā autē auctoritate Theophrasti qui huius libri intētionem & materiā dicit esse definitionem,

Quid Alex. sentit.

Rō Alexan.

Rōne etiam q̄ liber posterior. sit de instrumentis ac de modis sciēdi, sunt autē duo sciēdi instrumēta siue modi Alter demonstratio, Definitio alter, Cū igit̄ de demonstratione egit in libro pmo, nisi sit diminutus, restat nūc vt de definitione dicat, Cui Arist. pmo huius assentire videt̄, cū inqt (Siqdez igit̄ est aliquis alter sciendi modus, posterius dicet) Et inuit hūc, qui est per definitionē, de quo hic agendum esse tradit.

Duo sunt instrumēta sciēdi siue modi

Tex. 5° com mētario. 14.

Cōfirmatio Linconiēsis.

¶ Huic opinioni Robertus Linconiēsis cognomēto Grossatesta concordare videt̄ argumētans, In pmo libro egit de tribus q̄stionibus, vt de an res est, q̄lis res est, & ppter quid res est. Ergo consonum est nūc (vt de q̄d est dicere) Alioquin mācus esset.

Simplici9 & Phil. cōtra Alexā. opinionē. Primo.

¶ Sz Simplicius huic aduersat̄ & nō ab ratione, nā intētio libri cū libri inscriptiōe conuenire dz. At nec Liber posterior., nec hic secūdus de termino, aut definitiōe inscribit̄, Non ergo eē pōt de definitiōe.

Secūdo.

¶ Preterea (vt etiā Philoponus argumētat̄) de definitiōe hic agit̄ p accidens eo mō, q̄ de ceteris causis agit̄. Liq̄tātū accidit definitiōi eē mediū. Sic. n. & de ceteris causis agit. s. vt illis accidit rō medij. Ergo de definitione nō est per se intētio in hoc libro.

Tertio. Cap. 24.

¶ P. Arist. p prior. ait eiusdē facultatis per se esse cōsiderare de gnatiōe & de facultate gnōnis, iō asserit ad eādez facultatez spectare generationē syllogismor., & medij inuētionem ergo si in pmo egit de generatione demōstrationis, rōni, cōsentaneum est nūc agere de medio, que est facultas generādi demōstrationes.

Quarto.

¶ Facit ad hoc Aristo. (vt dic̄ Philoponus) qui ob aliud nihil demonstrat oīa q̄ri medij gratia, nisi (vt ostēdat eius intētionē eē principalr̄ de medio.)

Ad Theophra. auctēs.

¶ Que vo Alexā. potuerūt mouere nulla sunt. Auctoritas eni Theophrasti nō cogit, cuz ille fuerit ill9 partis.

Ad rōnem Alexan.

¶ Rō etiā non cogit, qm̄ hic liber non est de oī sciendi mō, sed solū de sciendi mō, qui est per demōstrationē De mō sciēdi, qui est p definitionē liber topicor., & metaphysice agit per se, hic autē non nisi per accidēs, sicut de ceteris causis agit̄.

Intētio huius libri eē p se de medio.

¶ Ex his ergo dicamus intentionē p̄sentis Secūdi eē de medio per se, sed q̄a accidit medio eē definitionē, siue cām formalem, veluti accidit medio esse oēm cām, ideo per accidēs de definitiōe agitur, que est causa formalis, & de ceteris causis siir. Et q̄a intentio Aristo. hic est agere de medio, pcit huius rei necessitatē hoc pacto, Id cuius gratia oēs q̄stiones q̄runt̄, ipm pncipalr̄ q̄ritur, Mediū est id, cuius gr̄a oēs q̄stiones q̄rūtur, Igitur mediū principalr̄ q̄ritur. Pro declaratiōe igit̄ minoris huius sylli, pmittit quid q̄situm sit, vel q̄stio, & quot numero q̄sita, & quo modo ad scibilia se habeāt, & primo syllogizat q̄tuor numero eē scibilia, & inquit. Quesita sunt equalia numero his, q̄cūq̃ quidē scimus, hec est mior, Querimus aūt q̄tuor, hoc est, sz q̄sita sunt quatuor, q̄m est, siue q̄a est, ppter q̄d est, si est, & q̄d est. Ergo in tertia figura scibilia erūt q̄tuor.

Syllo. tex.

Verbor. expositio.

¶ Quo vo ad vba attinet, Illud relatiuū equalia numero, valz relatiuū substātie, sed q̄a q̄situz differt aliqua rōne a scibili, vsus est relatiuo qualitatis vel quātitatis. ¶ P. Aduertere in plus eē q̄situm, q̄z sit q̄stio. Quesituz eni est conclusio ante demōstrationē, & q̄sitū est passio de subto, et genus de specie. At q̄stio nō est nisi cōclusio ante demonstrationē, q̄stio enī in demōstratione est, vt problema in syllogismo dialectico, & vt sophisma in syllo sophistico. At q̄situm dr̄ & cōplexo, & de incōplexo, hac rōne quodquidest de definito nō q̄stio est, sed q̄situm, & si est similiter nō q̄stio, sed q̄situz est, q̄a est, & ppter q̄d est, sunt q̄sita, & q̄ōnes,

Quesitū in plus ē q̄z q̄o.

¶ Ex his apparet nō bn̄ vbum grecū zetumena trāslatū esse q̄stiones, sed q̄sita est trāslatandū. Ex his ergo pz q̄uo scibilia, & quesita se habēt, eadē. Etenim sunt, & equalia. Patet vlterius Aristo. nō duas conclusiones hic assignasse (vt Juniores dixerūt) sed vnum syllm, quo demōstrat scibilia & q̄sita esse eadē, & numero equalia, lz supponat q̄sita esse scibilia, Sz pbauit scibilia eē q̄tuor, & sic illa numero equalia eē.

Cōtra Juniores.

¶ Philoponus vo dicit Aristotelē pmo accipere inter pblemata, & ea, q̄ cognoscētes scimus, conuenientiam, & est illa esse quatuor, nā que q̄rimus sunt quatuor, & que cognoscētes scimus, etiā quatuor sunt. Et sic Aristo. p equalia nūero intelligit tot numero, vnde lr̄a sic legenda est. ¶ Quesita sunt equalia numero his, quecūq̃ q̄dez scimus, idest tot sunt ea, q̄ q̄rimus, quot cognoscētes scimus. Et dic̄ Philoponus recte Aristotelē sic dixisse, nā bene quot querimus, tot cognoscētes scimus. Naz quatuor q̄rimus, & q̄tuor cognoscētes scimus, cōtra vo non, nō quot scimus tot, q̄rimus. Multa eni scimus, que nō q̄rimus.

Expō. philo.

¶ Quo vo ad vba attinet, dicit Philopon9 vba illa, Quecūq̃ quidē scimus nō sic intelligēda sunt vt iacēt, nō eni que scimus q̄rimus, intelligēda ergo sunt, idest quor. sciētiā sumimus, naz que scire volumus, hec q̄rimus. Quesitis ergo, & his, quor. sciaz sumimus, cōmune est esse q̄tuor.

Verbor. expō sm Philo.

¶ Aliter autē & forte melius diceremus. Aristotelem. s. duo hic pponere, Primū, q̄ quatuor sunt q̄ita, Scdm, q̄ quatuor sunt inuēta, Et vtrūq̃ hor. inductiōe pbat, & q̄ hec sit expositio vera. Aristo. demōstrat cū epilogat, que dixerat. Dicit enī que q̄dem igit̄ q̄rimus, & q̄ inuenientes scimus, hec & tot sunt. Ecce q̄ hec duo epilogat. s. q̄ quatuor sint q̄sita, & quatuor inuēta. Quare lege, quesita sunt numero equalia his, quecūq̃ quidem scimus. Querimus autez quatuor. Ergo vult habere quatuor eē quesita, & quatuor que inuenientes scimus.

Propria expō.

¶ Nā cū q̄rimus vtrum hoc an hoc sit plura cōplectētes hoc pacto, vtrum sol deficiat, an nō deficiat, eē tū q̄rimus. Cui9 id indiciū est. Hoc eniz iuēto, solē inquā ipm deficere statiz cessamus. Atq̃ si a principio solē deficere scimus, non q̄rimus vtrū deficiat sol.

¶ Quandoquidem vtrum hoc inest, aut hoc, querimus in numerum ponentes, vt vtrum deficiat sol, vel nõ, ipsum qa q̄rimus. Signum autem huius. Inuenientes enim quia deficit, pausamus, ⁊ si in principio sciremus qa deficit, non quereremus vtrum.

Cõme. 2m. Expõ Simplicij. ¶ Accepit q̄sita esse quattuor, ⁊ totidẽ eẽ scita, siue inuẽta, Nũc probat (vt Simplicius inqt) ex diuisione. Illa eẽ quattuor, ⁊ nõ plura, neq3 pauciora. Et intelligit Simplicius per diuisionẽ, inductionem sufficiẽtem. Est enĩ inductio duplex, altera cum sufficientia, vt quãdo inducẽs simul inducit, ⁊ sufficit. Sic enim Aristo. probauit quattuor esse p̄dicata. Simul enim induxit, ⁊ sufficere visus est. Altera vero est inductio, in qua inducũtur singularia, s3 non omnia. Et hec est inductio sm̃ Aristo. ergo diuisione probat quattuor esse q̄sita, ⁊ totidẽ inuẽta (vt Simplicius inquit, qa p inductionẽ diuisiuam cũ sufficientia. Ordo vero inducẽdi hic est, q̄ p̄mo cõpositas, 2° simplices inducit.

Cã secũdũ Simplicium. Refutatio. ¶ Reddit causam Simplicius, qa cõposita sunt nobis prius nota simplicib9. ¶ S3 hec causa nulla est, qm̃ q̄stio ꝓpter qd est cõpositior q̄stione qa est. Nã (vt Philoponus inqt) In q̄stione ꝓpter qd est ꝯtinet, ipsum qa est, nõ aũt in q̄stione qa est ꝯtinet ipsum pp qd est. Ergo Arist. prius debuisset icipere a qõne pp quid tãq3 a magis cõposita.

Alia causa s3 alios. Refutatio ¶ Alij dixerũt cũ icipere a q̄stionib9 cõpositis, qa iste liber est resolutorius, ⁊ resolutio est a cõpositis a simplicia. ¶ Sed nec hec cã bona est, qm̃ debuisset incipere a qõne ꝓpter qd, que est oim̃ maxime cõposita, vt dicit Philoponus.

Propa pd ¶ Quare cũ Arist. vtat inductione, ⁊ inductio sit singularium, vel eo℞ que se habent, vt singularia, ⁊ iter singularia nõ sit ordo, nõ deb3 reddi causa eius, qd nõ est. Uolẽs igit Aristo. inducere in cõpositis, incipit a q̄stione qa est, ⁊ ꝓbat simul ipsam eẽ q̄stionem, ⁊ enumerat ipsam, ⁊ inqt. ¶ Quãdoquidem hoc, aut illud q̄rimus in numerũ ponentes, vt vtrum deficiat sol, aut non, ipsum quia q̄rimus. Dixit in numerum ponentes, qa (vt Simplicius dicit) est q̄stio de cõposito, vel (vt dicit Philoponus) nõ de termino, sed de ꝓpositione q̄stio est vbi subiectũ ⁊ p̄dicatum due res sunt cõstituẽtes numeꝝ binariũ. Dũ enim q̄rimus vtrũ sol deficiat, ponemus in numeꝝ qa illi subiecto sol addimus h̄ p̄dicatum deficit, ⁊ q̄rimus an illi insit.

Obiectio. ¶ S3 dices ip3 quia est, habet per sensum, ergo nõ q̄ritur, cũ q̄rimus q̄ nõ sunt nobis nota sensibus.

Solutio. ¶ Dici põt ipm qa est q̄ri in mathematicis, quãdoquidem demõstratio simul ostendit in illis ipm qa est, ⁊ ꝓpter qd est. In aliqbus etiã naturalibus eẽ põt ipsum qa est q̄situm, vt si nõ essemus p̄sentes ipsi, q̄re venit in qõnem. Quod vero ipm qa est sit quesitũ, ꝓbat Aristo. signo (vt inqt Simplicius sumpto a ꝯtrario) ⁊ itelligo a cõtrario ⁊ sumpto a termio a quo, ⁊ sumpto a termino ad quẽ, ⁊ inqt. Signum autem huius est, q̄ inuenientes, qa deficit, pausamus, hoc tollit q̄stio, ⁊ hoc signũ est ex parte termini ad quẽ. q.d. cũ ipsum quia datur in missiõe eius q̄stionis, que q̄rebat an sol deficiat, ergo fuit quesitũ, vtrũ sol deficiat, semp enĩ respõsio est de eo, qd q̄rebatur. Ex parte vero termini a quo ꝓbat, ⁊ inquit. Et si in p̄ncipio sciremus qa deficit, non q̄reremus vtrũ deficiat, ergo ꝓpter sciam nõ q̄ritur, quare si cõtingit ignorari q̄ret, ⁊ sic isto duplici signo p3 ipm, qa quesitum eẽ. ¶ Ex his apparet duplici rõne Aristotelem ꝓbasse ipsum qa est, esse q̄situm. Primo, qa plerũq3 p sensum p3, ideo raro q̄ritur. Scdo, qa qd querit, per notam interrogationis q̄ritur, at ipm qa non interrogat. ¶ S3 ambigeo quo ipsum qa est, sit q̄stio, cum potius videat p̄cognitio:

Dubitatio ¶ Occasione huius dubitationis quidã viri eruditissimi, qd grece est oti, An subiecto p̄dicatum insit latine dixerũt. Alij oti dixerũt an, Alij vtrũ, Alij q̄lis res est, vt Philoponus exponit.

Solo alio. ori Propa solo. ¶ Uerum ego dicerem oti, qd apud nos est ipm qa, vel quia eẽ q̄situm, cum dat in missione, ⁊ etiã cum ignoratur q̄ritur. Si ergo dat in respõsione, ergo q̄rebatur. Non tñ q̄ritur per notam interrogationis sicut alia q̄sita, ⁊ sic est q̄stio, siue q̄situm nõ p modum questionis vel quesiti, cetera vero sunt quesita, ⁊ quidem per modum quesiti.

¶ Cum autẽ scimus esse, tum ꝓpter quid est dicere ꝯsueuimus. Deficere nãq3 solem terrãq3 moueri scientes, cur deficit q̄rimus aut mouet. Atq3 hec hoc pacto.

¶ Cum autem scimus ipsum qa, ipsum ꝓpter quid querimus, vt sciẽtes qa deficit, ⁊ quia mouetur terra, propter qd deficit, vel ꝓpter quid mouet, querimus. Hec quidem sic.

Cõmen. 3m. ¶ Incepit a cõpositis questionib9, siue quesitis, nec alia rõne, nisi qa inter inductiõis partes ordo assignari non põt, cum igit egit de q̄stione qa est, nunc transit ad questionem ꝓpter qd est, ⁊ inquit. ¶ Cũ autem scimus ipm quia, ipm ꝓpter qd q̄rimus, ⁊ exẽplo ostẽdit, cũ dicit, vt scientes qa deficit sol. s. per sensum, aut rõne, aut experimẽto, aut auctoritate p̄ceptoris, ⁊ sciẽtes qa mouet terra etiam his modis, mox ꝓpter qd deficit sol, vel pp qd mouet terra, q̄rimus, tunc epilogando, inqt. Hec quidem sic. sup. q̄runtur.

Ordo Simp. ¶ Dicit Simplicius, ⁊ quidem sapide, in nobis fieri hunc ordinem. s. vt post qõnem qa est, surgat q̄stio ꝓpter qd est, quãdo cum rõne viuit aĩa, ipsa. n. apta perfici a scia, quousq3 perfectione indiget q̄rit, hinc sciẽs qa res (vt qa sol deficit) vel terra tremit, cũ ignoret causam, nisi q̄rat cãm, nõ q̄ret suã totalẽ perfectionẽ. Est. n. sibi naturale desideriũ ad sciẽdum, quare q̄diu contigit scire, tãdiu querit. Est autem ipsum quia prius ipso propter quid, qm̃ cõius, nam de quolibet potest ipsum quia perquiri, non autem ipsum propter quid.

¶ Quedam alio q̄rimus mõ. Querimus enĩ si sit, an nõ sit, cẽtaurus aut deus. Si sit autẽ necne simpliciter dico, sed nõ si albus sit, aut nõ albus. Hoc percepto. Deũ inquã esse, vel hominem, quid est postea q̄rimus, vt qd est deus quid hõ. Hec igitur ⁊ tot sunt q̄ q̄rere conuenimus, ⁊ que iam scimus inuenta.

¶ Quedã autem alio mõ q̄rimus vt si est aut non est cẽtaurus, aut deus. Hoc autem si est, aut nõ est, simplr dico, sed nõ si albus aut nõ, cognoscentes autem quoniam est, quid est, q̄rimus. Ut quid igitur est deus, vel quid est homo. Que quidem igitur querimus, ⁊ q̄ inuenientes scimus. Hec ⁊ tot sunt.

Cõmen. 4m. ¶ Nũc transit ad q̄stiones simplices, dixit enĩ epilogando hec quidem sic q̄rimus. s. cõposite, atq3 in numerũ ponentes, vt diximus, q̄dam autẽ alio modo q̄rimus, quoniam nec cõposite, nec ponẽtes in numeꝝ, cum in istis nõ sit esse ante p̄dicatũ, vt Simplicius inqt, de quo postea. Incepit autem a q̄stione si est, vel qa simplicior, vt videbitur, q̄si p̄supposita ipsi quid est, vel quia cõior, quãdoquidem

dem de oībus de qbus queri pōt quid est ipsū si est q̄
ri potest, at de multis q̄ritur si est, de qbus non queritur
quid, vt de cētauro, τ vacuo. Aut q̄a ipsum si est quo ad
nos pma est, nos eni nostro nāli sciēdi ordine, Primo si
res est, offendimus. Inuēto ꝟo ente, offendimus qd res
ipsa sit, siqdem τ differētia, q̄ sunt definitionis ptes po
Notandum sterioꝛa sunt ipso ente. ¶ Aiaduersione dignum ꝟbum
si, qḋ grece est εἰ, posse interdum accipi pro nota ppositionis
hypothetice (vt Boetius dicit) Ut si diceremus,
si equus volat, equus hʒ alas, τ hac rōne nō q̄situm fac,
sed illationis, siue 𝔷tinuationis est signū, nostro autē in
pposito accipit (vt q̄situm facit) Hoc mō sumptū cōe
est qd esse, τ ad nō esse. Quādoq̄dem q̄situ3 si res est vel
non est, terminat aliquādo ad esse, vt si q̄ratur si de⁹ est,
aliquādo ad nō esse, vt si q̄ratur si cētaurus vel vacuū
est, vel ne, τ q̄a sic cōiter accepit ipsū Aristoteles dedit
duo exēpla, τ inquit. ¶ Quędā autem alio mō q̄rimus,
qm̄ nec cōposite, nec in numeruʒ ponentes q̄rimus, vt si
est, aut nō est cētaurus, τ hoc exēplum est quando si est,
ad negationē terminatur. Aut deus, τ hoc exēplum est,
quādo si est ad affirmationē terminatur. Et qm̄ si est fre
quenter in ꝓcognitionibus, τ q̄stionibus accipit pro ipso
quia est. Idcirco inq̄t. Hoc autē si est, vel non simplr di
co. vʒ. in nullam entis partē descēdens, qm̄ nō si alb⁹ vel
non, quę sunt entis partes q̄rimus, quo mō ipm q̄a est fa
cit. Verū de hoc postea. Trāsit deinceps q̄stionē quid
res est, τ inq̄t. Cognoscentes autē q̄ est deus, qd de⁹ est,
quęrimus (vt qd deus est) vel qd est hō. Sequit aūt qd
res est ipsum si res est, q̄rere, si aīa viuit rōne, q̄a deside
rium nāle est ipsi ad sciendū quousq̄ ignorauerit. Et q̄a
pposuit quatuoꝛ esse q̄sita, τ quatuoꝛ quę inuenientes sci
mus, vtraq̄ epilogās, inq̄t. Quę q̄dem igit̄ q̄rimus, τ q̄
inuenientes scimus, hęc sunt in substātia, tot numero. s. q̄
Digressio. tuor. ¶ Sed circa hec plures dubitatiōes emergūt, τ in
p⁹ dubitatio. se, τ circa ꝟba Aristotelis. ¶ Dubitatur ergo pmo quō
differūt q̄situm, τ inuētū, hoc est scitū, qḋ inuenientes sci
Sol. Simp. mus. ¶ Rñdet Simplicius q̄situm τ scitū siue inuētū
esse eadem subiecto, τ differre rōne, naʒ qḋ ex principio
pponitur vt q̄situm, hoc vltimo inuētū sit. Unde diffe
runt, vt q̄stio, τ 𝔷clusio, ante eni demōstrationē q̄stio est.
Dubōnes 3 Simpli. In fine ꝟo 𝔷clusio. ¶ Sed sm Platonē scitū est ante
q̄situm, qḋ animus eni pręsciuit, q̄rentes reminiscimur.
3⁹ de aia. tex. cōmen. 20. Ut in Menone probauit. P. sm Aristo. actus est prior
potentia, scitū actus est, quęsitum potētia. Ergo scitū pus
q̄sito est. Insuper aliqua sunt scita, q̄ nunq̄ fuerūt quęsi
ta, vt dignitates, hę scitę sunt a nobis, τ tn̄ nō prius fue
Defensio Simplicij runt q̄sitę. ¶ Pōt Simplicius defendi cum intelligere
de scitis, q̄ sunt 𝔷nes (vt exponit) vel de scitis nō pmis,
sʒ quoꝝ pōt esse q̄stio, τ respectu eiusdem q̄rentis, atq̄
eiusdē inuenientis, nam respectu diuersoꝝ scitū est prius
quęsito, scitū enim in doctore prius est q̄sito in discipu
lo. In discipulo ꝟo prius est q̄situm q̄ scitū eiusdē rei.
2⁹ dubitatio. Plato ꝟo cōtrariū asserit, fuit tn̄ pprię opiniōis. ¶ Se
cūdo dubitat̄, q̄a non vident̄ q̄sita ęqualia numero his
quę inuenientes scimus, Nam sicut apud sensum non oē,
quod quęritur, inuenit̄ (Quęrens eni thesaurū, nō ex ne
cessitate thesaurū inuenit, neq̄ q̄rens amicū necessario
inueniet) Ita apud intellectum. Tetragonismus eni cir
Responsio culi ab antiquis q̄situs est, nō tn̄ adhuc inuētus. ¶ Pōt
respōderi (vt ex ꝟbis Simplicij colligi pōt) Arist. per
numerū nō intelligere numeꝝ indiuiduoꝝ, nō eni quot
sunt q̄sita numero indiuiduoꝝ, tot numero indiuiduorū
sunt scita, Sʒ intelligit sm genus. q. d. quot numero sunt
genera q̄sitoꝝ Sunt eni genera q̄sitoꝝ quatuoꝛ, τ q̄tuoꝛ
3⁹ dubitatio genera scitoꝝ. ¶ Tertia dubitatio q̄rit̄ de numero q̄ō

nam. Videt̄ eni q̄ q̄stiones sunt innumerę, ergo non tm̄ Primo.
q̄tuoꝛ. ¶ P. Quęstio quid est, non est vna, sed tot quot Secundo.
sunt causę, ergo non tm̄ quatuoꝛ sunt q̄stiones. ¶ P. Si Tertio.
est, τ q̄a est per sensum sciūtur, ergo nō q̄runt̄. ¶ Sim Que Simp.
plicius cognomēto magnus Magister pbat q̄tuoꝛ tm̄ Probōnes q̄ tm̄ q̄tuoꝛ sunt
esse q̄sita. ¶ Primo q̄a vel q̄rimus cām, vel quęrimus q̄sita.
eē. Si q̄rimus esse, aut q̄rimus eē simplr, τ sic est q̄situ3 p⁹ pbatio.
si res est, aut q̄rimus esse sm qd, hoc est an hoc sit in B,
τ sic est q̄situm, q̄a est. Sinautē q̄rimus causam, aut q̄ri
mus cām, quę est ipsius eē simplr, τ sic est q̄situ3 qd res
est. Aut cām quę est ipsius eē in alio, τ sic est q̄situm pp
quid est. ¶ Secūdo hoc idem pbat sic, aut q̄stio est de Secunda.
simplici aliquo, aut de cōposito aliquo, Simplex est qḋ
non, nisi sub vno pdicamēto esse pōt, vt hō, deus, τ ani
mus. Cōpositum ꝟo qḋ 𝔷tingit esse sub diuersis pdica
mentis, vt iustū est ęquale. Si q̄stio est de simplici, aut
ipm esse q̄rimus, aut ipm qd esse, si ipm esse, est q̄stio si
est, si ipm quid eē, est q̄stio quid est. Sinaūt quęstio est
de cōposito, aut in eo q̄rimus si subiecto insit aliqd, aut
ppter qd subiecto aliqd insit. Si q̄rimus si subto aliqd
insit, est q̄stio q̄a est. Sinautē q̄rimus ppter quid subie
cto aliqd insit, erit q̄stio ppter qd. ¶ Tertio hoc idē p Tertia.
bat rōne physica, nā q̄tuoꝛ sunt causę, quę q̄dē est si est,
causam vnde motus pncipiū imitat̄. Est eni causa effe
ctrix, principiū essendi simplr. Quęstio qd est, specifica
tiuam cām imitat̄. Spēs eni τ ratio definitio est. Quę
stio q̄a est mām imitatur, qm̄ in ea est subiectū, in quo
aliud est. Quęstio ꝟo ppter qd finē imitat̄, qui est oīu3
causarū ppter qd. Istę tres rōnes ex ꝟbis Simplicij sa
tis cōmode eligi pnt. ¶ Quarta ꝟo eius rō, q̄a est theo Quarta.
logica, ꝑtereunda est. Pōt tamē τ quarta rō addi, qḋ q̄
tuoꝛ sint, q̄a omnis q̄stio, vel est de termino, vel de ppo
sitione, si de termino, vel de subto, τ sic est q̄stio si est, de
subiecto eni q̄rimus si est, vt si cētaurus sit, τ si deus est,
vel de pdicato, τ sic est, q̄stio quid est, quęrimus eniʒ de
subiecto qd pdicatum est, qd est τ definitio. Sinautem
q̄stio est de ppōne, aut de illa q̄rimus eē, aut cām, si eē,
quęstio est q̄a est, si causaʒ, q̄stio est ppter qd est. ¶ Ex Ad primum
his pʒ solō ad primā, lʒ q̄ōnes sm numeꝝ indiuiduorū
sunt innumerę, genere nō sunt nisi quatuoꝛ. ¶ Ad scdam Ad secundā
etiā patet solō, nam lʒ plures sint causę, τ sm q̄libet ge
nus causę, τ sm omnia simul definitio eē possit, tn̄ (vt di
cit Philoponus) oēs q̄stiones sub vno genere 𝔷tinent̄. s.
quid est. ¶ Ad tertiaʒ patet solō, nā lʒ plerūq̄ per sen Ad tertiam
sum terminent̄, tamē aliquādo subiectum esse est nobis
ignotū, vt an deus sit, hoc aūt pbamus syllogismo hypo
thetico a 𝔷structione añtis, quādo q̄stio ad partem affir
matiuā terminat̄, vtpote si motus est, Deus est, sed mo
tus est, ergo Deus est. Quādo ꝟo ad parteʒ negatiuam,
Syllogismo hypothetico destructiue, vt si vacuum est,
motus in nō tempore est, sed nō est motus in non tēpo
re, ergo nō est vacuū. Silr aliquādo q̄a est, nobis igno
tū est, vt in mathematicis, τ in q̄busdā nālibus, ideo si
mul terminamus q̄ōnem q̄a est, τ pp qd est. ¶ Quęrit̄ 4⁹ dubō.
quarto de dr̄ia q̄ōnū. ¶ Rñdetur ex his, quę Philopo Responsio
nus dicit, q̄ q̄stionū duę sunt simplices, τ duę composi Diff. q̄ōnū inter se. τ p⁹.
tę, si est, τ qd est, simplices sunt, nā si est q̄rit de subiecto,
quid est q̄rit de pdicato qḋ est definitio. Cōpositę sūt q̄a
est, τ ppter quid est. Nā q̄a est q̄rit eē hoc in alio, pp qd
ꝟo quęrit cām quare hoc est in alio. ¶ Secūda differē 2⁹ alia.
tia est, q̄ q̄stionū aliq̄ sunt psuppositę, vt si est, τ q̄a est.
Aliq̄ psupponentes, vt qd est, τ propter qd est. Quid est
eniʒ psupponit subiectū eē, cuius q̄rit definitionē, pp qd
ꝟo psupponit hoc esse in alio, cuius q̄rit cām. ¶ Tertia Tertia.
differentia est q̄ alię ponūt in numero, alię ꝟo nō ponūt

in numero. Et intelligit Simplicius ꝛ Philoponus qõnem ponere in numer, quādo subiecto addit ꝑdicatū, vel quādo sumentes duo q̄rimus si alterū alteri insit ꝛ q̄n si est Deus, vel quid est Deus, subiecto nō addit̄ ꝑdicatum, sed solū Ꝟbū subiecto addit̄, nec sumētes duo querimus, si alterū alteri insit, q̄rit̄ enim si est Deus, de subiecto, qd Ꝟo est, de predicato, ideo neutra ponit in numerum, qa est Ꝟo ꝛ ꝑpter qd ponūt in numer, nā ipm qa est, querit de esse huius in hoc, ꝛ ipm pp quid est q̄rit de causa cur hoc est in hoc, q̄ q̄libet querit addēs ꝑdicatum subiecto, assumens duo.

Quarta.

Quarta q̄ria est, q̄ due qõnes sunt dialectice, due Ꝟo scientifice. Si est, ꝛ qd est dialectice sunt. Sufficit enī ad eas rn̄dere ita, aut nō, qa est Ꝟo, ꝛ ꝑpter qd scientifice, ad eas enī nō est satis ita, aut nō respōdere, sed vtimur pluribus rōnib⁹ constructiuis, hec colligi possunt ex Philopono, ꝛ Simplicio.

5ª dubitatio. Solutio. Quo q̄sita ꝛ cessa diuersi ficant̄ i qõnibus.

Quinto q̄ritur cū in omni qõne sit ꝯcessum, ꝛ q̄situz, que sunt ꝯcessa, ꝛ q̄sita harū qõnum. Dicēdū in qõne si est, ꝯcessum eē quid significat nomē, q̄situm est eē, Ꝟbi causa, cū q̄rimus an cētaurus sit, cōcessum est qd significat nobis nomē centauri, q̄situz est esse de cētauro. In qõne quid est, ꝯcessum est duplex, quid significat nomen definiti, ꝛ illud significatū eē. Quesitū Ꝟo est qd est illud. In qõne qa est, ꝯcessum est multiplex, ꝛ qd significant termini, ꝛ subiectū esse. Quesitū Ꝟo si subito existēti aliud insit. In qõne Ꝟo pp quid est, ꝯcessū est hoc huic inesse, q̄situm Ꝟo est causa ꝑpter quā hoc huic inest. Ex his patet in omni qõne esse ꝯcessum, ꝛ quesitum, ꝛ quid in vnaquaq̄ vtrūq̄ sit.

6ª dubõ. In p° lib. c°. 3. ꝛc.

Sexto dubitabis qa Aristo. libro topico formas qõnum oēs fecit cōpositas, verbi causa, an quicq̄ de altero dicatur vt genus. An afferat̄ (vt ꝓprium) an affirmet̄ (vt accidens) an ꝑdicet̄, vt definitio: Hic Ꝟo aliquas simplices, aliquas cōpositas fecit.

Rn̄sio The.

Themistius respōdet ꝛ recte, dicit enī questionū vsum eē aliū in topicis, aliū autē in hoc loco, In topicis enim cōmunes sunt dialecticis ꝓpositionib⁹, ꝛ ꝓblematibus. At hic oibus demōstratiuis, ꝛ sic (vt Simplicius supplcuit in topicis) omnis q̄stio est composita. Hic aūt non omnis.

Dubõ z rn̄sionē The.

Sed circa hanc Themistij respōsionem dubitatio nō parua est, naz dialecticus querit de termino. s. de definitione, ergo nō omnis q̄stio topica est cōposita, cum ea, que de definitiōe q̄rit, sit simplex.

Rn̄sio Sim.

Simplicius dicit dialecticum nō esse querere de definitiōe, qa (vt dicit) Dialectica non exponit qōquidest.

Qualis rn̄°.

Ego Ꝟo non intelligo hec, que Simplicius dicit. Nōne querit dialecticus an quicq̄ de altero ꝑdicetur, vt definitio, certum est q̄ sic, ꝛ Themistius ꝯcedit. Preterea, Dialecticus cōstituit loca a definitione, ergo cōsiderat definitionem.

Ꝓbatio solo.

Ideo melius cū Philopono dicerem, oīa. s. ꝓblemata dialectica esse de numero q̄stionum qa est. Nam duo sumētes in omnibus illis q̄rimus si alterū alteri insit, in definitionibus enim sumētes definitū, ꝛ definitionem q̄rimus si definitio insit definito, ꝛ ħ pacto questio cōposita est, ꝛ qa est. At in hoc loco nō accipim⁹ in definitionibus duo, querentes an alterum alteri insit. Sed de predicato definiti querimus quid illud sit, ꝛ ita questio quid in hoc loco simplex est.

Cū aūt q̄rim⁹ eē, aut si est simplr̄, tuz si sit, necne ipsi⁹ mediū q̄rim⁹. Atq̄ cognito vel esse, q qdē modus aliq̄ ex pte rei cōplectitur qōnez, vel si est, quod qdez simplex est rei q̄stio, rursus ꝑpter quid est, aut qd est q̄rim⁹, quidnam sit tūc ipm mediuz q̄rimus. Atq̄ modū tn̄ aliqua ex pte rei qōnez cōplecti dico, cuz hoc dī pacto. Deficit ne luna, aut accrescit, tuz enim vt patet si quippiam competat, insitq̄ cuipiaz q̄ritur. Simplicez hāc q̄stionē appello. Est ne luna, vl' nox, vel dies. Fit igitur vt oibus in qõnibus q̄ratur, aut si sit medium, aut quidnā mediū ipsum sit.

Querimus autē cum quidē querimus qa est, aut si est simpliciter, vtruz sit mediū ipi⁹, aut non sit. Cuz autē cognoscentes aut quia est, aut si est, aut in parte, aut simpliciter, rursus ꝑpter quid q̄rimus, aut quid est, tunc q̄rimus quid sit medium. Dico autez qa est, aut si est, in parte, ꝛ simpliciter. In parte quidem, vtrum deficiat luna, aut auget̄. Si enī est aliqd, vel non est aliquid. In huiusmodi querimus. Simpliciter autem si est, aut nō est luna aut nox. Contingit igitur in omnib⁹ questionibus querere, aut si est mediuz, aut quid est medium.

Cōmē. 5°. Expō Neoterico⁊.

Neoterici asserūt Aristo. velle q̄stiones quattuor reducere in duas. vz. ad si est, ꝛ quid est. Quā expositionez (si nō male ꝯcepi) Simplicius affert hic. Nec ab rōne, nā per hanc reductionē numerū qõnum manifestiorem facit Aristo. Cū eniz aliquis numerus in tot ducit̄, in quot duci potest, ꝛ rursus in tot colligitur, in quot colligi pōt, numerus ille manifestior apparet.

Refutatio.

Sz mihi non placet hec expositio, naz ꝑcipua, ꝛ ꝑma Aristotelis intentio nec est de q̄sitorum numero, nec de numero inuentorū, sed est de medio (vt diximus) Sed quia posset quis credere mediuz queri quadrupliciter. Propterea q̄stiones medij omnes docet reducere in duas. Qd Ꝟo omnes q̄stiones medij sint due. s. si est, ꝛ quid est, ostēdit iductione, vt placet Simplicio, postea ꝛ syllogismo, Inductione ergo ꝓbatur omnes medij qõnes in duas reduci, qm̄ cū querimus si est, verbi causa, si est Deus, querimus si sit aliquod mediuz, quo sciamus an Deus sit, ꝛ si querimus de aliqua ꝓpōne quia est, hoc est an sit vera, querimus si est aliqd mediuz, quo illa sit vera, ergo in vtraq̄ querit̄ si est mediū. Et hoc ingt.

Querimus autē cuz qdem querimus qa est. i. cū q̄rimus hoc inesse huic, aut cū q̄rimus si est simpliciter. i. cū q̄rimus eē huius simpliciter, vtrū ipsius esse huius in hoc, aut ipsius eē simpliciter, sit mediū, aut nō sit mediū. Ergo in vtraq̄ qõne ratione quadā generali, idē q̄ritur, nā generali rōne q̄rit̄ de esse medij, qd est si est mediuz. Deinde ostendit questionē qd est, ꝛ qõnem ꝑpter qd est, vtrāq̄ eē qõnez qd est mediū, ꝛ ingt. Cū autē cognoscentes aut qa est, aut si est, aut in pte, aut simplr̄, rursus q̄rimus ꝑpter quid, aut quid est. In vtraq̄ hac qõne q̄rimus quid sit mediū. Et intelligas aut in pte, aut simplr̄ referendo singula singulis, ipm in parte ad qõnem qa est, ipm simplr̄ ad qõnez si est. Querimus enī in qõne qd est Deus, vel qd est homo, qd est mediū, quo Deus sit qdditatiue, vel quo hō sit qdditatiue, ꝛ in qõne pp qd est, q̄rimus ēt qd est medium pp qd ꝓpō vera sit, vt qd est illud mediuz, pp qd veluti pp cām hec ꝓpō sit vera, Luna deficit, vel terra tremit. Quare rōne quadā g̃nali in vtraq̄ qõne querit̄ quid sit mediū.

Notandum.

Aduersione dignū in qõnib⁹ si est, ꝛ quia est nos g̃nali quadaz rōne nō q̄rere nisi si est aliqd

mediū

